# PARAPHRA-
# SIS, SEV POTIVS
## EPITOME,

Inſcripta [redacted] luculenta iuxtà,
ac breuis, in Elegantiarum libros Lau=
rentij Vallæ, ab ipſo iam recogni-
ta, cum Gallica tum dictio-
num, tum locutio=
num expoſi=
tione.

*Cui acceßit* FARRAGO *ſordidorum uerbo-
rum per Cornelium Crocum.*




LVGDVNI,
Apud Ioannem Pullonum è Tridino.
M. D. XLV.

## DES. ERASMVS ROTERODAMVS LECTORI S. D.

EO nunc rediſſe uidentur hominum mores, amice Lector, ut, quod cuiq; libuerit, idem ſibi licere putet: tantaq; ſit iniuriam inferendi licentia, ut nos pudeat toties queri, quum alios non pudeat ſine fine lędere. Adoleſcēs annos natus plus minus octodecim, rogatus ſum à quodam ludi literarij magiſtello, ut ex Laurentij Vallæ Elegantijs quædam decerperem puerorum rudium ingenijs accommoda: cui gemina facilitate, tum ætatis, tum ingenij morem geſſi, ac pluſquàm tumultuario ſtudio, quæ uidebantur, enotaui. Scriptum literatori tradidi, nullo mihi reſeruato exemplari, de edēdo nihilo magis cogitans, quàm de me ipſo ſuſpendendo. Id nunc prodiſſe uideo excēplaribus innumeris propagatū. An nō hæc ſit atrox iniuria, & legibus uindicāda, iudicent boni uiri. Nec hoc ſatis uiſum eſt: affinxerunt titulum Paraphaſis, quod ludibrij cauſa factum uideri poteſt. Tolerabile fuerat Epitomen appellare. Ne id quidē iſtis uiſum eſt ſatis iniuriæ: admiſcuerūt nonnulla, quæ nec in Laurētio habētur, nec à me ſunt addita: rurſus quædā omiſerūt, quæ prætermitti non poterant. Hactenus iniuria poteſt appellari. Illud uerò nō iam iniuria ſolū eſt, uerumetiā extremi ſtuporis, quòd præter argumenti naturā opus diſtraxerunt ordine literario. Atqui hoc non erat ordinare, ſed ſcopas diſſoluere. Tota ferè huius operis ratio conſtat ſimiliū, ac diſſimiliū dictionū collatione, quæ ſi diſtrahātur, cæca eſt

*præceptio. Veluti quum Laurẽtius oſtendit quid interſit inter ut,ſicut,uelut,tanquam,& quaſi:quid abſurdius, ſi quis horum ſingula in ſingulas diſtrahat literas? Atque adeò in ipſo ſtatim huius operis initio habes, quid ſit abſtinentia: continentiam,ac temperantiã ne in ſuis quidem literis inueniebamus. At Valla hæc tria inter ſe confert, continentiam,abſtinentiã,& temperantiam. Quid quòd quædã habent præceptiones generales,de datiuis in abus, de gerundijs,& gerundiuis, de utroq; ſupino,de comparatiuis,& ſuperlatiuis, de reciprocis, quæ per literas diuidi non poſſunt:niſi fortè aſinabus quærã in a,filiabus in f, equabus in e, deabus in d, & item de cæteris? Vnde liquet, quiſquis hoc fecit,adeò nullum habuiſſe iudiciũ, ut caruerit etiam ſenſu communi. Proinde quoniam iam bis excuſo libello uidebam typographum Gallum ad tertiam editionem accinctum, quod unum licuit, feci:recognoui, quod erat excuſum: & additis, detractis,mutatisq; permultis,feci,ut aliquanto purgatius uerſaretur in puerorũ manibus:quandoquidẽ excuti non poteſt. Quid ſupereſt, niſi ut emittãt & illos cõmentarios, quos ante annos trigintaquinque ſcripſi Lutetiæ, non homini,ſed lapidi, eiq; adiurato,ne cuiquam cõmunicaret? Quod iuſiurãdum ita ſeruauit, quaſi iuraſſet cõmunicaturũ. Neutrũ ſcripſi,ut ederetur: & tamen illud,quod ſcripſi iam adulta ætate, multò tolerabilius erat,quàm illud,quod adoleſcens enotaui. Sed precor iſtis mentem meliorem, qui tantum ſibi permitunt in ſchedas, & famam alienã: qui ſi nec humana iura norunt,nec diuina,ſaltem illud perpendant, num, quod mihi faciũt, idem uellent ſibi fieri.Bene uale lector.*

Epitome

# EPITOME

## DES. ERASMI ROTErodami in Elegantiarum libros Laurentij Vallæ.

A PRAEPOSITIO *iungitur omnibus conſonantibus, niſi quòd interdum cõcinnitatis gratia, dictionibus incipientibus ab, l, r, i, t, & q, præponitur* ABS, *ut, abs quis homine, hoc abs te peto.* Lib.3.ca.66

Ab *præponitur l, r, & i, conſonanti, ut ab legatis, ab rege, ab* Ioue. *Quanquã hoc perpetuũ non eſt, ſed pẽdet ab uſu ueterũ, & iudicio aurium.* Lib.2.ca.29

Abdicat *filium, qui priuat omni iure filij.* Exhæredat *filium, qui tantùm ſubmouet ab hæreditate. Itaq; quiſquis abdicatus eſt, idem eſt exhæredatus: non contrà. Abdicatio opponitur adoptioni, & transfertur etiam ad alia. Generum abdicat, qui repudiat ſponſum:* Magiſtratu *ſe abdicat, qui deponit. Abdicationi contraria eſt & dedicatio, ſiue dicatio.* Dicat, *qui alteri proprium aliquid facit: abdicat, qui alienat.* Lib.5.c.104

Abigimus, *quæ ubi acceſſerint, expellimus.* Arcemus, *quæ prohibemus, ne accedant. Abigimus muſcas iam inſidentes, Abigimus aues ſonitu. Arcemus eaſdem, ne auſint accedere.* Abigei, *hinc* Abactores *dicti,* Lib.6.ca.16

*qui pecudes ex agris alienis abducunt. Crimen* abigeatus *dicitur.* Plagiarij, *qui aliena mancipia, ſeu liberos abducunt.Crimen,*Plagium *dicitur.* Peculator, *qui de principis, aut populi ærario ſuffuratur. Crimen,*peculatus.Sacrilegus, *q ſacra,ſiue de ſacro loco tollit aliena.Crimē,*ſacrilegium.Fur,*&* furtum *generalia nomina ſunt.*Prædo,*qui ui rapit.*Latro, *q in belli ſpeciē ferro graſſatur.*Pirata,*q idē facit in mari.*Compilat,*qui clàm ſpoliat.Cōpilāt ſerui dominos.Cōpilauit ſcrinia mea.Neq; enim rectè dixeris,cōpilauit libros,aut pecunias.*Expilat *populum,qui exactionibus ſpoliat.*

5. Abominari,*eſt dictum ueluti ſiniſtri ominis auerſari, deprecariq;. Veluti quum dicimus, Si quid tibi acciderit humanitus, quod* Deus *probibeat.* Omen *enim propriè eſt diuinatio ſumpta ex ſermone cuiuſpiam.Hinc malè ominari,& bene ominari. Sic* augurium *ex auibus diuinat,&* Auſpicium:Aruſpex *ex pecudū extis.Vſurpatur abominari generaliter pro deteſtari.*

6. Abundat, *non quod ſuperfluum eſt, ſed quod eſt copioſum, & cumulatum.* Redundat, *quod ſuperuacaneum eſt. Abundè mihi ſatis factum arbitror. Abundè magnum fructum cepi.Redundans uerborum copia uitio datur.Relatiuè uſurpatur:Hæc omnia in tuum caput redundabunt,id eſt,refundentur.*

Lib.4.ca.41 Abſtinentia *uirtus eſt,qua temperamus ab alienis.*

7. *Cui opponitur* rapacitas. *Alieni abſtinens, ſui prælargus.*Continentia *eſt uirtus,qua ratio temperat affectui,præſertim circa uoluptates corporis:rurſus propriè circa libidinem,quàm Græci uocant* ἐγκράτειαν: *Cui cōtraria*

*traria eſt* ἀκρασία, *incontinētia.* Temperantia *genus eſt ad omnium affectuum moderationem pertinens. Bifariam loquimur,* Abſtinuit *uino, & Venere:* Abſtinuit *à uino,* Abſtinuit *ſe ab illius cōmercio. Nō abſtinēs manū.* Abſtenti *dicuntur Chriſtianis, quorum communio uitatur.* Continens, *& incontinens abſolutè dicuntur.* Non me cōtineo, *quin te admoneam. Non mihi tempero.* Continens *dicitur terra, quæ non eſt inſula.* Cōtinenter *uiuit, qui caſtè uiuit. Continēter loquitur, qui perpetuò loquitur, Græcè* συνεχῶς.

Acicula *diminutiuum ab acu, non acuſcula, quemadmodum à manu manuſcula. Vne eſpingle.* Lib. 1. cap. 3

Accedere *duo ſignificat, Primùm adire: inde acceſſus, aditus. Non patet tibi ad præceptorem acceſſus. Secundò ſonat increſcere, ſiue augeri, atque adiungi. Inde acceſsio pro incremento.* Acceſſus *maris, & receſſus dicitur, quum ad nos affluit, ac refluit.* Acceſsio *febris dicitur intenſio, quæ Græcis dicitur paroxyſmus. Cui cōtraria eſt* remiſsio. *Et quemadmodum dicimus,* Acceſit *me, et acceßit ad me, pro adijt: ita dicimus,* Hoc acceßit *calamitatibus meis, & acceßit ad calamitates meas.* Accedit *his, & accedit ad hæc, & huc accedit, ſiue eôdem accedit, pro adiungitur. Cui contrarium eſt* Decedit. *Quantum tuæ accedet incogitātiæ, tantum meæ in te beneuolentiæ decedet. Tantus eſt meus in te amor, ut nihil poßit accedere: uel, ut nulla fieri poßit acceßio. Dicimus, et acceßionē adiūgere, pro addere incremētū. Et apud iurecōſultos acceſſoriū dicitur, quod principali adiūgitur.* Lib. 4. cap. 2

Actus fabulæ, *eſt pars fabulæ.* Actio fabulæ,

eſt ipſa per geſtus repræſentatio. Quanquàm & orationis dicitur actio, pronũciatio cum geſtuum, ac uocis moderatione. Vnde histriones, fabularum actores dicuntur, non geſtores: & qui conſulis perſonam gerit, conſulem agere dicitur. Et qui ſcurram imitatur, ſcurram agere. Apud iureconſultos diſtinguitur actus à uia, & itinere: item ire, & agere.

Lib.4.cap.9 Acta poſſunt eſſe priuata, quæ codicillis, aut teſtamentis continentur. Geſta, publica ſunt, ut geſta Romanorum: quanquàm elegantius dicuntur res geſtæ. Interdum tamẽ actus pro geſtis legimus. Geſtus eſt ipſa moderatio motus, uultus, & corporis. Geſtio eſt rerum perpetratio. Geſtus eſt oratoris, aut histrionis. Geſtio eſt ducum, aut principũ. Gerere magiſtratum dicitur nõ agere. Agere cauſam dicitur nõ gerere. Geſtor, facinorum autor. Actor cauſarum, aut fabularum dicitur, quanquàm in cauſis forenſibus actor dicitur, qui intendit litem. Patronus, qui defendit reum. In anticategorijs uterq; eſt actor, & reus, unde & reum peragere dicitur, quem quis accuſat.

Lib.4.ca.18 Acini denſius naſcuntur, ut grana uuæ, hederæ, ſambuci, ebuli, mâli punici, & ſimilium, acini dicuntur, non baccæ. Nam baccæ rarius naſcuntur: ut fructus lauri, fructus oliuæ, myrti, iuniperi, corni, loti, quæ & faba Syriaca dicitur, lentiſci, ac ſimilium, baccæ dicuntur, non acini. Poma dicuntur, quibus ueſcimur, ut Ceraſium, ſiue ceraſum, pyrum, pomum, meſpilum, ficus, & ſi qua ſimilia, non acini, neque baccæ. Caſtanea, pinus, corylus, ſiue auellana, amygdalus, iuglans, & his ſimi

*ſimiles arbores nuces pariunt,non poma, aut baccas, aut acinos.Tametſi Vergilius caſtaneas nuces dixit. Et idem,* Ebuli *baccas dixit, non acinos. Quin & margaritæ,ſiue uniones ob rotunditatem, baccæ dicuntur.* Pomum *genus eſt,cui ſubijciuntur mâlum,ac pyrum.Quidam pomi uocabulo pro mâlo abutuntur.Mâlum, &.pyrum differunt ſpecie,ſed utrunq; complectitur pomi uocabulum.Ab his omnibus ſeparatæ ſunt* glandes.

Aceruus *rerum minutarum eſt, ut frumenti, & leguminum,aut pomorum,aut nummorum.Vergilius dixit aceruum ſcutorum.* Strues *lignorum.* Strages *cadauerum ſimul iacentium.*Sarcina *utenſilium ſimul compoſitorum.* Faſcis *item rerum ſimul colligatarum ad geſtandum.* Onus *eſt, quicquid onerat portantem: dicuntur & plauſtrorum, & nauium onera.*Congeries *generale nomen eſt.* Cumulus *eſt ingẽs uis rerum cõpoſitarum.*Theſaurus *propriè rerum ſepoſitarum ad cuſtodiam.* Mundus *eſt compoſita uis earum rerum, quibus ad ornatum utuntur fœminæ.* Lib.4.ca.49

Accolæ,*qui iuxta montem,flumen,lacum, aut mare habitant,ut accolæ* Tauri,*aut* Rhodani.Incolæ,*qui in urbe,aut pago alieno habitant,qui Græcis* πάροικοι *dicuntur.*Indigenæ,*qui illic habitant,ubi nati ſunt,quos Græci uocãt* αὐτόχθονας. Aduenæ,*qui aliunde quòpiam commigrarunt ad aliam gentem.*Inquilinus, *qui in alieno priuato habitat,præcipuè conducto.* Lib.4.ca.54

Actum eſt, *de rebus deploratis dicitur. Actum eſt de* Repub.*actum eſt de literis,id eſt,nulla ſpes eſt. Itidem Græci dicunt* πέπρακται.Agere *interdũ ad fortunam,* Lib.5.ca.102

*& conditionem pertinet. Quid agitur? id eſt, quomodo uales? Quid agunt tui? Græcis dicuntur* εὐπραγεῖν, *quorum res proſperè cedũt. Præclarè mecum actum putabo, ſi incolumis diſceſſero. Bene, optimè, melius, cõmodius, mitius, inclementius, durius mecum ageretur. Malè, peius, peßimè cum illis actum eſt, id eſt, peßimè tractati ſunt. Interdum actiuè. Melius cum illis egiſſent, ſi ſtatim occidiſſent.*

Lib. 6. ca. 13 Accuſat, *qui culpam impingit ſiue apud iudices, ſiue priuatim.* Incuſat, *qui de moribus queritur. expoſtulat'ue. Filijs ius erat patrem accuſare dementiæ. Quid me incuſas* Clitipho? *Cæterùm quòd Seruio autore, maior accuſat minorem, minor incuſat maiorem, non eſt perpetuò uerum. Interdum alterũ pro altero ponitur, niſi quòd in iudicijs forẽſibus nemo dicitur incuſari. Accuſatio inimicorum eſt, incuſamus & amicos. Vtrunque refertur ad rem, & perſonam. Incuſat tuum ſilentium, Incuſas me, quòd nihil ſcribam. Accuſat tuam contumaciã, accuſat te de cõtumacia: quemadmodum* Excuſare: *de quo ſuo loco.*

Acedia, *quam uulgus corruptè uocat accidiam, tædium eſt honeſti laboris, contraria induſtriæ, quæ Græcis* φιλοπονία *dicitur.*

Lib. 2. ca. 44 Adeò *pro eò poſuit Terentius: Adeón' rem rediſſe? Adeò abſolutè ponitur pro ualde, Adoleſcentem adeò nobilem. Nonnunquam eſt corrigentis, ſiue augentis. Pecuniam omnem prodegit, atque adeò uitam ſimul & famam in ſummum diſcrimen adduxit. Interim ualet idem, quod intantum in oratione, quæ conſtat duobus uerbis. Rurſus ſic interdum præcedit, Adeò ſuperbus eſt,*

*ut ne*

*ut nemini cedat. Interdum ſequitur, Mirè ferox eſt, adeò ut nec patri cedat. Nonnunquam ſequitur in oratione, quæ non habet niſi unum uerbum, Nec parenti concedit, adeò ferox eſt. Totidem modis uſurpartur uſqueadeò, & uſque eò, niſi quòd hìc pluſculum eſt uehementiæ: Vſque adeo'ne ſcire tuum nihil eſt? Cauendum, ne hìc pro* VT, *ponatur* QVOD: *quo nihil magis ſolœcum, utcunque multis uſitatum eſt. Adeò doctus eſt, quòd neminem habeat parem.*

Patronus, *qui defendit reum in iudicio. Vnde patrocinari pro auxiliari, & patrocinium pro auxilio.* Lib. 4. ca. 12

Aduocatus, *qui adeſt periclitanti, auxiliaturus, ſi quid opus ſit. Quanquàm & actor interdum adhibet aduocatos. horum officium* Aduocatio *dicitur. Qui ſeruos manumittunt, pro ſeruis habẽt libertos, ipſi proheris fiunt patroni. Rurſum qui ſunt aſſeclæ cuiuſpiam, & clientes, quoniam illius præſidio nituntur, patronos eos appellant.*

Aduenire *dicitur, & qui iam in propinquo eſt, & aduenisse qui iam adeſt.* Aduentat, *qui lõgius abeſt in itinere. Nec is aduentaſſe dicitur, cùm peruenerit.* Vxor *aduenienti uiro occurrit ad limen: aduentanti non occurrit.* Ventitat, *qui frequenter uenit.* Lib. 5. cap. 10

Adorare *quanquàm ab orando dictum eſt, tamen adoramus & ſine uoce, ueluti geſtu corporis, quod tribuitur & mutis animantibus. Elephantus enim dicitur adorare Solem, & nos adoramus ſtatuas diuorum, aut ſignum crucis, non oramus. Itidem* ſupplicare *quum à plicandis genibus dictum ſit, tamen & ſola uoce* Lib. 5. cap. 11

*ſup*

*ſupplicare dicimus, præſertim quũ abiectioribus utimur uerbis.* Hoc qui facit, ſupplex *dicitur, Græci* προσεύχεσθαι, *qui adorabundus aliquid petit,* προσκυνῆσαι, *qui geſtu adorat.* ἱκετεύειν, *qui ſupplex genis, ac genibus contactis aliquid petit.*

Lib.5.ca.28 Addicit *uenditor rem licitatori, quam illius eſſe iubet, dicens, tuum eſto, iſq́; iam ex licitatore fit emptor. id potiſsimùm fit in auctione.* Venditor *interdum addicit rem minus pretium offerenti, ſi uideatur emptor magis idoneus.* Ager *addictus duobus.* Eadem *res duobus addici non poteſt.* In diem addici *dicitur, quod ita uenditur, ut non ſtatim fiat tuum, ſed ad diem præſcriptum. Ita admenſum uinum dicitur, quod menſura traditum eſt: & adnumeratum, quod numero traditur.*

Addictus *literis dicitur, qui totus illis deditus eſt, quemadmodum* deuotus *alicui dicitur.* Morti *deuotus, qui mori decreuit.*

Lib.5.ca.66 Adulamur *ſeruiliter, etiam geſtu, quod nobiſcum commune eſt canibus.* Aſſentamur *ad gratiã loquentes, eoq́; aſſentatio nõ tribuitur mutis animãtibus.* Blandimur *quoquo modo, dum placere ſtudemus magis, quàm uera dicere. Quanquàm & facto blandimur, ueluti qui pinxerat* Venerem *deformem, dicitur blanditus.* Mineruæ. *dicimur & blandiri uitijs noſtris, dum ea excuſamus, aut attenuamus.* Blandiri *calamitatibus, dum eas eleuamus.* Palpamur *manibus, dum blandimur equis. Id transfertur ad alia. Inde* Palpones *adulatores dicti: &* palpum obtrudit, *qui blandiendo fallit.*

Lib.5.cap.58 Aduerſamur *ei, cui repugnamus.* Auerſamur

*eum*

*eum, quem deteſtamur. Vnde aduerſa fata dicuntur, quæ nobis obſtant: auerſi dij, qui precibus noſtris ſurdi ſunt. Preces, & auerſum ad Iouem, Horat. Dicitur auerſus à ſtudijs, ac lucro, qui ab his abhorret. Legitur & auertitur pro auerſatur. Eheu, quàm ſurda miſeros auertitur aure.*

Adeſſe *trifariã accipitur: adeſt, qui præſens eſt: cui contrarium, abeſſe. Gaudeo me in illis turbis non adfuiſſe. Secundò adeſt, qui auxilio eſt, fauetq;: Modò Iupiter adſit. Adſunt, qui præſtant aduocatos. Huic contrariũ eſt* deeſſe. *Tertiò ſignificat aduenire. Huc ades ô formoſe puer, id eſt, huc ueni. Totidem modis accipitur* Præſto eſſe: *In quibus cauſſis tu etiam Brute præſto fuiſti: id eſt, præſens. Sponde, noxa præſto eſt. Multis præſto fuit, id eſt, multis fuit præſidio. Hirundines æſtate præſto ſunt, id eſt, adueniunt: hyeme recedunt. Præſto pro præſens uni tantùm uerbo iungitur* SVNT, *eiq; ſimplici.* Lib. 5. cap. 51

Admoueo, *appono:* Amoueo, *aufero. Admoue manũ rotæ, ſi rem factam uelis. Admoue mihi aurẽ. Amoue te hinc, Aufer te hinc. Sic admolimur, quod adiungimus. Amolimur, quod remouemus. Aduertimus animum, quum attendimus: Auertimus, quum ad alia uertimus.* Lib. 5. ca. 80

Aduerſa uulnera, *quæ in pectore, frontéq; accepta ſunt, & laudi dantur.* Auerſa, *quæ in tergo, & probro dantur. Stabat aduerſus. Sedebat auerſus, id eſt, oſtendebat mihi tergum.* Ibidem.

Ad ſummam, *ſiue* in ſumma, *quum paucis omnia complectimur. Pro eodem dicimus ſummatim, &* Lib. 6. ca. 20

ſumma ſine præpoſitione. Doctus, facundus, formoſus, diues, clarus, in ſumma omnibus deorum muneribus ornatus. Plinius pro eodem dixit, breuiter. Pro eodem inuenitur Semel, Vt ſemel dicam, aut finiam. Quid plura? Vt finiam. Idem efficit denique, quum multis commemoratis, quod ultimum eſt, addimus. Semel, non ſemper opponitur bis, ter, quater, ſed ſummã, ac finem declarat. Aegrota iam Polycharme ſemel, id eſt, fac ægrotandi finẽ. Qui ſemel eſt læſus fallaci piſcis ab hamo. Semel, atq; iterum me conuenit.

Lib. 4. ca. 78 Afficis me iniuria, id eſt, facis mihi iniuriam. Summa me uoluptate affecere tuæ literæ. Qui iniuria affectus eſt, meminit: qui beneficio affectus eſt, obliuiſcitur. Affectus morbo. Indifferẽter: ut, Variè me affecerunt tuæ literæ: id eſt, uarios in me affectus genuerunt.

Affectus, ſiue Affectio, eſt omnis animi motus, & opponitur rationi. Tres enim ſunt animi partes, ratio, uis iraſcendi, uis concupiſcendi: Siue, ratio, uoluntas, & memoria. Voluntas hoc differt ab affectu, quòd illa rationi coniuncta eſt: hic ab impetu proficiſcitur. Vnde affectus tribuitur & brutis. Motus animi Græci uocant πάθη, quos Latini tum morbos, tum cupiditates uocant, ſed aptiſſimè affectus: quod genus ſunt, ira, miſericordia, amor, odium: ſed præcipui, Metus, ſpes, dolor, gaudium. Qui his carent, ἀπαθεῖς dicuntur: & ἀπάθεια quibuſdam Stoicis probata eſt: quum alieno dolore dolemus, συμπάθεια dicitur. Leuiores animi, ſeu corporis affectiones quidam διαθέσεις appellant: infixas, uixq; mobiles, ἕξεις, id eſt, habitus: ut ira affectio eſt: iracundia, habitus.

Affectatio eſt æmulatio, ſiue appetentia rei, ferè in malum ſonans, quam Græci κακοζηλίαν appellant. Sermo affectatus repræhẽditur. Affectat laudem undiquaq;, id eſt, uenatur, & captat. Affectat uideri doctus. Affectat quietem, pro cupit, non rectè dixeris.

Affatim pro abundè. Prudentius: Fruimurq́; menſis affatim plenis. Dicimus & affatim uini, quemadmodum ſatis uini. Cicero dixit, Nimis inſidiarum, pro nimium. Lib.2.cap.20

Age, quum eſt hortantis, numero ſingulari iungitur, Agite plurali, Agedum utriq;. Eia age, rumpe moras. Agite iuuenes, expedite uires. Agedum, conferte nunc cum illo uitam. Eandem uim habet FAC. Fac honeſtis ſtudijs incumbas. Et CEDO, quum flagitamus aliquid exhiberi. Quis cedò te iſta docuit? Cedò dextram. Sic & Amâbo blandientis eſt. Lib.2. ca. 16

Ager interdum declarat non unum aliquem, ſed uniuerſum territorium urbi circuniectũ, quod Græci χῶρον dicunt: ea uox complectitur & ſaltus, & nemora, & flumina, & montes. Ager Campanus, Ager Mantuanus datus eſt pro ſtipẽdio militibus. In hoc ſenſu agros dicimus, ſed plurium ciuitatum. Gall. le terrouer. Lib.4. ca. 55

Aliâs ager eſt locus in rure, qui colitur, ſiue cõpaſcuus ſit, ſiue aruus, ſiue floridus, ſiue conſitus. Conſitus, habet arbores: Aruus, aratro proſcinditur: Compaſcuus, habet gramina: Floridus, ſeruatur apibus, & uolunptati. De eodem loco agros, & agrum dicimus. Horatius: Opera agro noua Sabino. Idem: Satis beatus unicis ager Sabinis. Rus eſt omnis

locus

*locus in agris extra urbem. Inde ruſticari.* Campus, *eſt ampla planicies ſiue in urbe, ſiue extra urbem. Vnde campus Martius dictus, & regio campeſtris, quæ montes non habet.*

Agit *hiſtrio fabulam, alius agit* Demeā, *alius* Thaidem, *alius Aeſchynum. Agit conſulem, qui fungitur officio conſulis. Agit iudicem, amicum, patrem. Agit perſonam ſuam, qui ſui ſimilis eſt. Agit cauſam orator. Nihil agit, qui fruſtra laborat. Aliud agit, qui non eſt attentus ad id, quod agitur.* Hoc age, *dicimus ei, quem iubemus eſſe attentum. Agaſo agit aſinum, qui ducit. Subulcus agit porcos. Agit animam qui morti proximus eſt. Aguntur pecora, ducuntur homines. Agit, qui mouet, & afficit.* Horatius:

*Et quocunq; uolunt, animum auditoris agunto.*

*Lib.1.cap.6* Aluearium *congergatio apum mellificantium: uel potius locus, qui multos habet apum alueos.*

*Lib.1. cap.8* Altilia *dicuntur animantia, quæ incluſa alūtur, ſiue aues in corte, aut auiario, ſiue quadrupedia in roborario, ſiue piſces in uiuario: Græci* σιτιστὰ, *ſiue* σιτευτὰ *uocant.* Eadem *ſagina dicitur, unde ſaginata.*

Aliquantum *ad modum refertur.* Aliquot, *ſiue*

*Lib.2.ca.48* Aliquam multi, *ad numerum.* Aliquantiſper, *ad tempus, ſed cum ſignificatione breuitatis, quemadmodum &* Tantiſper. *Tantiſper, hic mane, dum huc recurro.* Interdum *uſurpatur pro non diutius. Tantiſper te meum dici uolo, dum, quod te dignum eſt, facis.* Pauliſper *item ad tempus pertinet, ut* Paulum, *ad modum rei.* Pauliſper *auſculta.* Errāt, *qui pauliſper uſurpant pro parum,*

*parum,ſiue paulùm.*

Alius, *de pluribus dicitur.* Alter, *de duobus, Alius eſurit,alius ebrius eſt,alios alia delectant. E' duobus filijs alter duxit uxorem, alter in bello perijt. Alter alterum ſubleuat.* Alius, *interdum ſonat diuerſum: Alia res eſt. Alius es multò, quàm ſoles. Alter, ſimilitudinem: Alter Tullius, id eſt, Tullio ſimilimus. Alter interim ſecundus dicitur: Tunc alter eris ab illo. Præterijt dies unus, alter, tertius.* Per aduerbium, *Vocatus ſemel,iterum,ac tertiò, non comparuit.* Lib. 5. ca. 59

Aliquis,*&* Quiſpiam *ferè idē ſignificāt.* Quidam *pro certo non nominato ponitur,interdū & quiſpiam.* Vllus *ferè interrogatiuè,aut negatiuè,aut ſubiunctiuè ponitur: Non es ulli fidus. Vocat me ullus? Si quæret me ullus,dicito me eſſe domi. Eodem ferè modo uſurpatur* quiſquam. Lib. 3. ca. 16 & 61

Alleuare, *eſt in altum tollere. Gallicè, ſoubleuer. Quintilianus: Vidi multos, quorū ſupercilia ad ſingulos uocis conatus alleuarentur.* Eleuare, *eſt minuere, & extenuare. Quintilianus: Nec eleuare tanti beneficij autoritatem. Eleuatum eſt ſuper limina templi, pro ſublatum ab Hieronymo dictum,ambigui uitandi cauſa.* Alleuiare, *eſt leuius reddere.* Lib. 5. cap. 81

Alere, *eſt nutrire paruos,ut creſcant. Inde alumnus. Transfertur autem plerunque ad incorporea. Puerile ſtudium laudibus alitur. Id eſt, augeſcit. Memoriam, ingeniumq́; aßidua exercitatio alit. corporis uires labor modicus alit. Ouidius:* Lib. 5. ca. 46

*Lenis alit flammas,grandior aura necat.*

b *Alumnus*

Lib.1. cap.11 Alumnus,*ſignificat eum,qui alitus eſt,non qui alit. paßiuè ſignificat ſemper.*

*In Anton.* Aliqualis, & aliqualiter *non Latinè dicuntur:*

*Rauden.* & *Sed,*aliquantus,& aliquantum.

*Pog.* Ala *ſignificat etiam equitum turmā.Vergilius:* Dum *trepidant alæ.*Eò *quòd ueloces ſunt, ſiue quòd pedites eis tanquam alis protegantur.*

Alluuiones,*ſunt uel fluminum, uel maris, uel pluuiæ,aut demerſiones,aut translationes* locorum. Gall.*rauines d'eaues.*Eluuiones,*foſſæ pluuia factæ.*

*In Raud.* Alueus *eſt ( ut ita dicam ) lectus, quo ſemper aqua ſedet, aut decurrit, ad uaſis ſimilitudinem.* Gall. *Le conduit d'une riuiere.*

*In eundem.* Allucinari, *eſt uiſus caligine aberrare.* Gall. *eſtre tout eſblouy,& prendre l'ung pour l'aultre.*

*Lib.5. ca.37* Amare *amplius eſt,quàm diligere.* Non modò *te diligo,uerùm etiam amo.* Adamare, *eſt amatoriè amare. Gal.aymer cõme s'entraiment l'amoureux,& ſon amoureuſe.Quintilianus:* Omnes *matres amãt liberos ſuos tanquam adamarent.*

Amamus nos inuicem, Amamus nos mutuo, Amamus nos pariter, Amamus inter nos,*idē ſignificāt.Sed in poſtremo nō geminabitur accuſatiuus:ut,amamus nos inter nos : ſed,amamus inter nos.*

*Lib.4.ca.19* Ambitus *fit factis.Eſt captatio honorū,aut dignitatum,quam eccleſiaſtici ſimoniam uocāt in rebus ſacris. Corripit penultimam:licet noſtri Grāmatiſtæ aliter garriant.Iuuen.Si te præcipitem rapit ambitus,atq; libido.*

Ambitio *eſt in animo. Vel ambitus captatio quædā fauoris*

*fauoris, & miſericordiæ. ut mendici oſtentantes fœdita-tem uulnerum, utuntur ambitu miſeriæ ſuæ.* Ouidius:
*Sed tamen hoc factis adiunge prioribus unum,*
*Pro noſtris ut ſis ambitioſa malis.*

Amicus, *ſemper in bonam partem accipitur.* Amica, *ſi ad uirum referatur, ſignificat Gall. ſon amoureuſe. Hinc ille non amicus eius dicitur: ſed* amator. Poëtæ *confundunt hoc.* Lib. 5. ca. 37

Amiculum *neutri generis, genus ueſtis, pallium ferè.* Lib. 1. cap. 5

Amodo, *non eſt uocabulum mundum, ſed dicendum poſthac.*

Anniculus, *unius anni, anniculus puer, anniculus epiſcopus. Gall. d'ung an.* Lib. 1. cap. 5

Antoniaſter, *eſt aliquis imitans Antonium. Omnia nomina in aſter penè imitationem ſignificant. Philoſophaſter, imitans philoſophos. Paraſitaſter, paraſitos imitans.* Lib. 1. cap. 7

An, *ponitur interrogatiuè, ut, Gāděſes eſtis, an Delſenſes? Et dubitatiuè, Neſcio an ſileam, an loquar. Barbari ponunt* VEL, *&* AVT, *pro* AN: *ut, hoc eſt ſtannum, aut argentum, aut aurichalcum?* AN *dicendum eſt.* Lib. 2. ca. 17

Antehac, *uel* ante hoc tempus, *ad tempus loquentis refertur. Gall. par cy deuant. Tantum hodie didici, quantum antehac nunquàm. Id miraculi antehac uidi nunquàm. Gallicè, Ie ne uis oncques par cy deuant tel mirache.* Poſthac, *poſt hoc tempus. Gal. cy apres. Caue poſthac his de rebus quicquam ex te audiam. Gall. garde toy bien, que ie ne t'oye doreſenauant parler ung ſeul mot de ce propos.* Lib. 2. ca. 56

Lib.3.ca.66 Animaduerto te, *Gal. Ie prends garde a toy, intueor te. Nemo meam ærumnam animaduertit.* Animaduerto in te, *punio. Sed hoc tantùm conuenit his, quibus ritè conuenit punire, utpote iudicibus, & magiſtris, prælatis. Vt, Quicunq; quenquam cecîderit, grauiter in eũ animaduertam. Gall. quiconques aura frappé quelcũ, ie le puniray grieuemẽt.* Inde Animaduerſio, *punitio iudicis.*

Lib.2.ca.108 Annuus, *Primò eſt, quod fit per annum. Annuus labor, annuum ſpatium. Secundò. Gal. une choſe annuelle, quod fit ſingulis annis. Annua feſta, annua febris, quæ ſingulis annis recurrit.*

Lib.2.ca.17 An *componitur cum* Ne, *ánne. Sed hoc ferè non niſi apud poëtas.*

Lib.6.cap.8 Apertilis, *eſt idem, quod apertum. Gal. ouuert.*

Apiaſtrum, *eſt apium ſylueſtre.* Apium, *herba eſt perpetuò uirens. De lache.*

Apocriſarij *ſunt legati. E Græco uenit.*

In Raud. Apotheca, *propriè uini eſt, ung cellier, ou caue: ut horreum, frumenti.*

Lib.4.ca.64 Apparare, *appareiller. Sed magis ad pompam, & oſtentationem ſpectat.* Apparatus *conuiuij. Apparatus belli. Funeris apparatus. Nuptiæ ſummo apparatu celebratæ ſunt.* Præparare, *eſt parare, quæ neceſſaria ſunt ad quippiam agendum. Miles præparat arma, Orator argumenta, Scholaſticus ſcripturus calamum, & membranam. Dicitur & apparare fugam, & adornare fugam, ſeu migrationem.*

Appropriare, *improprium eſt uerbum.*

Aquati

Aquatilis, *eſt quod degit in aquis*. Aqueum, *quod ex aquis conſtat.*

Armarium, *locus ubi reponuutur libri, cæteraq; huiuſmodi.* Lib.1.cap.6

Armamentarium, *ubi reponuntur armamenta, & arma.*

Argutus, *actiuè ſignificat, qui callidè, & ſolerter arguit.* Argutulus, *ſubtil.* Lib.1.ca.30

Armentum, *congregatio animalium paſcentium, ſed maiorum, ut boum, uaccarum, equorum, mulorum, aſinorum, camelorum, elephātorum, & ſimilium.* Grex, *uide loco ſuo.* Lib.4.ca.42

Argentaria, *eſt domus, in qua operatur argentarius faber.* Lib.4.ca.44

Argentarius, *Gall. ung changeur. Non ex his, qui uulgò nūmularij, & menſarij uocātur, Græcè κολλυβισαὶ & trapezitæ, ſed ex his, quos cāpſores uulgò uocamus.*

Armiger, *Gall. ung couſtillier, qui in bello fert arma domini, haſtam, ſcutum, aut tela: qui plerunq; & ipſi principes ſunt.* Lib.6.cap.1

Arcere, *engarder d'entrer ceulx, qui uiennent.. Eſt prohibere, ne accedant ij, qui ueniunt. Arcemus hoſtes à muro. Flammea romphea arcet mortales à paradiſo.* Lib.6.ca.16

Aruum, *eſt ager ſementi datus. Dicitur & aruus ager, ſicut compaſcuus.* Lib.4.ca.41

Arbuſtum, *& arbuſta, ſunt arbores multæ, ad fructum conſitæ, ut oliuarium, pomarium, uel uites arboribus applicitæ.* In Raud.

Arbutus, *eſt arbor fructum ferens in morem cera*

ſorum,ſeu fragorũ.Gal.unc ronce,qui porte framboiſes.

Arbutum,eſt fructus arbuti.

In eundem Areopagus, eſt locus Athenis, quò iudices conueniebant,audituri cauſſas capitales,Parlement.

In eundem Architectus, eſt princeps ædificantium, qui opus excogitat,& ordinat.

Artemon, eſt uelum ampliſſimum in naui, ſiue antenna.

Lib.5.cap.12 Aſſurgere, eſt uel reuerentiæ, uel charitatis cauſſa. Parenti redeunti aſſurgamus. Cãno capiti aſſurgere adoleſcentem decet.Magiſtro te compellanti aſſurge.Aſſurgit & dicturus in ſenatu,aut in concione.

Lib.5.ca.66 Aſſentor,aſſentaris,eſt quempiam effuſius laudare, & falſò plerunq; utilitatis gratia. Gall. accorder tout à quelcun pour luy complaire. Inde aſſentator. Adulari, blandiri,uide locis ſuis.

Lib.5.ca.86 Aſciſcere, eſt remotum aliquid quaſi ſcitè uocatum capere. Aſciuiſti tibi ſodalem à tuis moribus nõ alienum. Gal.Tu as retiré auecques toy ung compaignon ſortable a tes conditions.Plerunq; refertur ad perſonam.

Lib.5.ca.87 Aſſeuerare, conſtanter affirmare, affermer obſtinément, inter ipſa argumenta. Tu aſſeueras, hic inficiari perſeuerat.Longa contentio eſt: hic dicit, non feci: ille, certè feciſti.

In Raud. Aſtutus,Gall.fin ab ἄστυ Græco,quod eſt oppidum Latinè:& ſignificat idem,quod urbanus.Niſi quòd uſurpatur pro uerſuto.Et Aſtus,calliditas dicitur.

Lib.5.cap.6 Atramentarium, Vaſculum, quo atramentum continetur.Gall.ung cornet la ou on met l'encre.

Attagen,

Attagen, *attagenis ſignificat auem francolinum.*

Auricula, *non ſignificat paruam aurem ſed cartilaginem circum aurium cõcauitatem.* Gall. *Ce qui eſt hors, ou apparoiſt de l'oreille. Aues habẽt quidẽ aures, ſed non auriculas. Auriti, dicuntur acuti auditus.* Lib. 1. cap. 9

Auſculto te, *id eſt, audio, quid dicas.* Auſculto tibi, *id eſt cõſentio, & obtempero tibi.* Sum audiens te, *id eſt, audio te.* Sum audiens tibi, *id eſt, obedio tibi.* Lib. 3. ca. 42

Auxilium do, feroq; *dicitur.* Do opem *non dicitur, ſed* fero opem. *Fer opem.* Lib. 3. ca. 65

Autor, *ſignificat (ut ita dicam) factorem. Quis eſt huius libri autor? id eſt, quis fecit? Tu'ne es huius autor & facinoris? id eſt, feciſti hoc facinus? Rumor fertur in populo, ſed incerto autore, id eſt, neſcitur, quis primus ſparſerit. Item autor eſt, qui autoritate ſua approbat, ut aliquid agamus. Terent. Id'ne eſtis autores mihi? Quicquid feci, patre autore feci, id eſt, patre approbante. Si res malè euenerit, ne me autore factum dicas. Gallicè, ſi aulcun mal t'en aduient, ne dis pas, que ie t'ay conſeillé de ce faire: uel, ne dis pas, que ce ſoit de mon conſentement. Vnde tutores pupillorum autores uocamus, quorum autoritate illi faciunt omnia. Prætereà duces, militum autores uocantur.* Lib. 4. ca. 32 & 5. cap. 30

Autorare, *eſt obligare militem ſtipendio: ut milites ſub duce.* Autoramentum, *eſt obligatio illa, uel ſtipendium, quo obligantur milites. Inde exautorare.* Ibidem

Auctio, *eſt publica uẽditio ſupellectilis, aut aliarum rerum. Gall. uente faicte au plus offrant.* Lib. 4. ca. 32

Ibidem Actus, *incrementum dicitur ab augeo.*

Lib. 4. ca. 33 Actor, *qui agit comœdiam, uel orationem, aut ſimile aliquid: unde partes comœdiarum, actus uocantur.*

Lib. 4. ca. 44 Aurificina, *officina fabri aurarij. Gall. l'ouurouer d'ung orfeure.*

Lib. 4. ca. 45 Auis, *eſt quæ parit, uel ponit oua, pennisq́; eſt prædita, præter ueſpertilionem.* Volucris *eſt generalius nomen, ſignificat, quicquid uolat: unde apes, muſcæ, & c. uolucres dicuntur.*

Lib. 5. ca. 29 Audio, *Primò ſignificat ouyr: quæ ſignificatio nota. Secundò, credo, uel pareo præcipienti: ſed ferè negatiuè, & cum participio. Nec uerò audiendi ſunt, qui putant grammaticæ quàm minimum operæ impẽdi oportere, ſed continuò ad logicen conuolandum. Audire capitur pro confiteri. Audio, eſt confiteor.*

Lib. 6. cap. 1 Auſpicari, *ſignificat auſpicium capere. Secũdò auſpicari ſignificat incipere: capitur tum in malam, tum in bonam partẽ. Plin. Homo à lachrymis uitam auſpicatur, id eſt, incipit. Hinc ergo hoc opus auſpicamur.* Auſpicium, *Primò eſt conſultatio ex inſpectione auium ante rei aggreſſum. Conſul iturus in expeditionem, auſpicium capiebat. Aut ſimiles ſimili modo. Secundò initium.* Auſpicatò *aduerbium, aut participium, ferè in bonum accipitur. Terent. Haud auſpicatò me huc appuli, id eſt, auſpicijs repugnantibus, & infeliciter. Inauſpicata bella, id eſt, infortunata. Auſpicatum exordium, & c.*

Lib. 6. cap. 1 Auſpex, *qui præeſt alicui rei gerendæ, ut nuptijs, bello, aut ſimilibus. In nuptijs enim adhibebatur auſpex pro mariti parte, ut pronuba pro fœminis: Iuno enim nuptijs*

*ptijs præeſt: hinc pronuba Iuno dicitur.*

Axilla, *eſt concauum ſub brachio, ubi uiris pili naſcuntur. Dicitur autem eadem pars nonnunquam ala.* Lib. 1. cap. 5

B

Barba, *& barbæ utrunq; tam hominum, quàm quadrupedum. Seruius contrarium docuit, ſed falsò.* Lib. 1. cap. 5

Baculus, *uel baculum reperitur, bacillum tantùm in neutro genere. Iuuenalis:*

*– Dextram ſubeunte bacillo.*

Bancalia, *illiteratum uocabulum, dicuntur potius periſtromata. Gall. Tapiſſerie, quanquàm hæc à tergo magis ſedentium hærent.*

Barbitonſor, *indignum uocabulũ, quo utamur, ſed dicitur tonſor.*

Benedico *datiuum poſtulat, ut maledico, nõ accuſatiuum. Qui maledicit, maleaudiet.* Lib. 1. ca. 10

Bene, *pro ualde inuenitur, Audiſtis orationem bene longam. Bene habeo, id eſt, bene ualeo. Melius cras forſitan habebit. Bene habet. Bene ſe res habet. Gall. la choſe ſe porte bien.* Lib. 2. ca. 52

Bellum *ſignificat ipſum cõgreſſum armatorum, uel tempus totum, quo militia agitur, quod barbari guerram uocant.* Prælium *ſignificat ipſum certamen armatorũ. Gall. le combat.* Pugna, & certamen *fiunt etiam ſine armis, nonnunquam nudis uerbis: quam ego pugnam tutiſſimam puto, quia non uulnerat cutem: in quo certandi genere fœminæ perquàm ſtrenuæ eſſe ſolent.* Lib. 4. ca. 64

Bene, optimè, præclarè mecũ agitur. *Gall. il me prent bien. Melius tecum agitur. Gallicè, il t'en prẽt* Lib. 5. ca. 102

*mieulx qu'a moy.Malè mecum agitur.Commodius tecum agitur,quàm mecum.Peius mecũ actum eſt,quàm tecum. Peßimè.Nonnunquam actiuè. Plerique parentes liberos nondum adultos ad monaſticam uitam impellunt: melius cum illis agerent, ſi ſe ſibi ſat cognitos paterentur deligere commodum uiuendi inſtitutum.*

Lib.4.c.114 Beatus,*qui omnibus abundat ad uitæ uſum pertinentibus: unde diuites beatos uocamus.Iuuen. Vetulæ ueſica beatæ.id eſt,diuitis uetulæ.*

Bellus,*primò bonus, hilaris, & commodus ad conuictum. Extra iocum bellus uir eſt. Secundò pulcher. Bellus puer. Bella puella. Bella carmina. Inde bellè pulchrè. Martialis:*

*Declamas bellè,cauſſas agis Attale bellè.*
*Hiſtorias bellas,carmina bella facis.*

Lib.1. cap.5 Bimus, *bima, bimum, duorum annorum. Trimus trium.Quadrimus,quatuor.*

Bimulus,*trimulus, quadrimulus,diminutiua. uitulus anniculus.*

Bimatus,*trimatus,quadrimatus,ſpatium duorum, trium,quatuor annorum.*

In Raud. Bipennis,*eſt gladius utraque parte acutus.Eſt autem generis fœminini.*

Lib.5.ca.66 Blandiri *propriè ad tactum pertinet.Blandimur catulis,quum demulcemus eos. Transfertur autem ad alios ſenſus, & ad animum. Blandus ſermo.Blandimur nobis ipſis.Gall.nous nous flatons nous meſmes.Blandos uocamus,qui placidi,& comes ſunt in ſermone,& hilares.*

In Raud. Blaſphemare, *Maledicere ſuperiori, & dignitati*

*ali*

*alicuius derogare.Græca uox,non Latina. Gall. dire mal d' aultruy.*

Bonum, *extendit ſe tam ad bonum honeſtum,quàm ad utile,& commodum. Bonum animi,eſt uirtus.Bonum corporis,eſt ſanitas.Bona,fortunæ,opes.* Bonitas,*primò benignitas, clementia. Pro tua bonitate in optimam partem accipies. Secundò habilitas, uel excellentia,quæ à natura eſt.Quintilianus:At in ſŏlo fœcundo plus cultor, quàm ipſa per ſe bonitas ſŏli efficit.* Lib.4.c.100

Bundus, *eſt terminus abundantiam, & uehementiam quandam ſignificans: idcirco nomina in bundus non ſignificant ſimilitudinem,ut uult Priſcianus, ſed copiam, & abundantiam:Errabundus,lætabundus,cogitabundus: & ualent idem quod participia frequentatiuorum,Erritans,lectitans,legitans.* Lib.1.cap.9

Bractea, *Vide Lamina.*

C

Cauſſari,*eſt cauſam rei geſtæ afferre,& excuſandi gratia afferre impedimēta.Non eſt,quòd meam cauſſeris negligentiam.Gall.Il ne fault point, que tu te excuſes ſur ma negligence. Ardea natandi neſcia cauſſatur aquas natatui nō eſſe idoneas. Cauſari tempeſtatem, ualetudinem, aut fluminum uim.Pro eodem dicimus* cauſificari. Lib.5.ca. 67

Capio, *interdum habet reciprocum quēdam uſum, ut in eodem ſenſu nunc uni, & eidem actio, nunc paßio attribuatur.Cepi uoluptatem,& uoluptas cepit me:idem ſignificāt.Fit autem iſta reciprocatio in paucis actiuè,ut in hoc exemplo habito : ſed in nonnullis paßiuè, ut Cepi delectationem,& captus ſum delectatione.* Lib.6.cap.3

Capio, *quando ſignificat paßiuè delectari,ferè non reſoluitur p actiuū,ut captus ſum,uel capior amore,dulcedine, ſpecie tua, ſpecie bonorū,id eſt,delector.* Non *amor, dulcedo cepit me.Quando autē nō ſignificatur delectatio quædā,ferè actiuè utimur,non paßiuè. Capio dolorem,Cepi moleſtiam,laborem,&c.* Dicitur,*Cepit me tædium,obliuio,& odium,&c.& non,cepi odium.*

Capio,*ſeu* accipio.*ſignificat interdum patior : ut accepi damnum, repulſam, contumeliā,iniuriam,uulnus: id eſt;paſſus ſum.*Et *ferè nunquàm aliter dicimus,niſi per accipio.*Accipere,*ſeu capere,ſignificat ſuſcipere:ut,Accepi,uel cepi inimicitias,curas, ſumptus.Sed uſitatius ſuſcipimus curam, aut negotium, quàm accipimus.*

Lib.1.cap.6 Calamarium, *& theca calamaria,uel pennaria, uel graphiaria, dici poteſt pro eodem. Gallicè, ung calemart.*

Lib.4.c.109 Capitalis morbus,*Capitale odium,Capitale ſupplicium.Gall.Peine de mort.Capitale crimen,capitale uitium, propter quod caput alicuius peti debeat ad pœnā. Inde Capitalis actio, & Capite plecti dicuntur.*

Lib.6.cap.6 Carpere.*Gal.cueillir.Carpimus lignum,quum uellimus è terra. poma carpimus. Inde decerpo. Puellæ carpunt penſa. Gall. Elles tirent de leur fillace pour tordre. Carpere uiam, eſt ire. Carpere iter.*Item *carpere, eſt reprehendere.*

Lib.6.ca.11 Candeo,*es,ere.Gall.eſtre allumé,& embraſé.Carbo, ferrum, æra liquefacta candent, ſol candet. Animus excandeſcit, cùm uehementer iraſcitur. Secundò Candere, candidum eſſe. Gall. eſtre blanc. ſicut albedine linum candet.*

*candet.* Candidus, *niueus. Gall. blanc. Candidus tranſ-ſumitur ad animum, & ſignificat benignũ, commodum, minimeq́; inuidũ. Ouid. Quod precor acceptum candide lector habe. Eſt liberalis ingenij, quæ didicit, alijs cãdidè impertire. Gall. courtoiſement, & benignement.*

Cauillatio *eſt ſubdola ratio, quã nos conſcij nobis mendacij, uincendi tamen cauſſa proferimus.* Cauillatores. Cauillor, *cauillaris. Cauillatio, Cicerone autore, eſt genus facetiæ, quod fit mentiẽdo.* Inde cauillum, *iocum appellamus.* Lib. 6. ca. 49

Calumniari *eſt falſa crimina intẽdere.* Lex duode-*cim tabularũ, Calũniator idem patiatur, quod reus, ſi cõ-uictus ſit.* Calumnia *nõnũquã eſt dolus malus, & iniuria, quæ exiſtit ex malicioſa, & callida interpretatione.* Lib. 6. ca. 49 & 50.

Catechiſare *eſt docere quocũq́; modo.* Vox *autem Græca eſt.* Inde *catechumeni, & catechiſtæ.* In Raud.

Capillus *à capite.* Gal. *cheueuil de la teſte. ſignificat non quemlibet pilum.* Nam *barba, capillus non eſt.*

Caniſtrum, *non caniſter. Gall. ung panier.* In eundem

Cauere, *eſt, uitare, & regit accuſatiuum. Caue illũ. Caue conuictores improbos, fuge, uita.* Non *autem Latinè dicitur, Caue te ab illo. Cauere, ſe donner garde. Caue tibi. Terent.* Vt *hoſce inſtruxit, ipſe ſibi cauit loco. Inde cautiones in iure dicimus ſyngraphas, ſiue codicillos, Cautions, & aſſeurances. Caue, eſt & prohibentis: recidit autem in eundem ſenſum cum priore. Caue feceris, ne feceris: quæ idem ſignificant.* In eundem

Calybs, *idem eſt quod ferrum, à Calybibus populis, unde optimum ferrum mittebatur.* In eundem

Calu

In eundem Caducum, *ſiue cadúca in plurali ſignificant bona hærede carentium, non autem qui ſit horum hæres. Nam nemo eſt hæres, ſed fiſcus, aut dux militum, aut publica perſona.* Iuuenalis:

*Legatum omne capis, nec non & dulce caducum:*
*Commoda prætereà iunguntur multa caducis.*

In eundem Cadurcum, *eſt uas, quo aquam haurimus è puteo, aut piſcina, iumento rotam uerſante. Gall. ung ſeau.*

In eundem Canterij, *ſunt equi caſtrati. Gal. cheuaulx hongres.*

Canere receptui, *eſt ſignum dare militibus tuba, aut tympano, ut recipiant ſe è prælio in caſtra. Gallicè, ſonner la retraicte.*

In eundem Caterua, *peditum eſt.* Turma, *equitum.*

Lib.3.cap.81 Capio ſpem, *Concipio ſpem, Ducor ſpe, Vocor in ſpem, Ingredior in ſpem. De tuo ingenio bonam ſpem capimus te breui in uirum euaſurum. Colloco, repono in te ſpem meam omnem. Gal. ie mects toute mon eſperance en toy.*

Lib.4.ca.20 Caſtrum *in ſingulari eſt domus muro, aut uallo, aut foßis uallata.* Caſtra *in plurali, locus eſt, ubi exercitus manet. Camp de gendarmes.*

In Raud. Camelus, *quàmuis ſit generis epicœni, reperitur nonnunquam cum fœminino genere adiunctum. Nam camelos fœtas legimus.*

Lib.4.ca.44 Caupona. *Gal. ung cabaret, ou tauerne, ubi uenduntur res præſertim eſculentæ, aut poculentæ. Inde* Caupo, & cauponari. *Quidam tamen dicunt pro muliere, quæ uinum uenditat.*

Lib.4.ca.55 Campus, *eſt grãdis planicies terræ, & ampla: unde*

*ſpatio*

*ſpatioſas plateas, campos dicimus.*

Ceus, *eſt terminus uocis ſignificãs materiã, ut Herbaceus, betaceus, maluaceus, ferulaceus, roſaceus, triticeus, ordeaceus, uinaceus, &c.* Lib.1.cap.11

Cerebroſus, *qui habet peruerſum cerebrum.* Lib.1.cap.21

Certe, *primò capitur affirmatiuè. exẽpla nota ſunt. Secundò, pro ſaltem: ut, ſi me non amas, certè ne oderis. Si tibi uidendi nos facultas non eſt, certè ſcribendi poteſtatem deeſſe non puto. At* CERTE *idem in hoc modo. Certè iunctum his uerbis,* SCIO, *&* SCIS, *mutat e, in o, ut certò ſcis. Gall. tu ſcais certainement.* Lib.2. ca. 27

Cenſor, *qui cenſuram, id eſt, qui magiſtratum talem gerit. Cenſorius, qui cenſor fuit. Cenſorius Cato.* Lib.1. cap.6 & li.2.ca.84

Celebs, *qui uiuit extra coniugium, ſiue priuatus ſit uxore, ſiue nunquàm habuerit, ſiue continens ſit, ſiue incontinens. inde celibatus, eſt contrarium coniugio.* Lib.4.c.106

Celebris *paßiuè, ſignificat, qui celebratur. Celebris locus, celebris homo, q frequẽtatur ab honoratis pſonis.* Lib.4.ca.96

Celebritas, *eſt frequentia honoratorum uirorum in maxima celebritate.* Ibidem

Cæcutiens, *eſt qui parũ uidens ſæpe offendit. Gal. qui eſt bigle, & ne uoit gueres. Idem dicitur luſcioſus, & allucinãs. Cæſius, qui habet oculos glaucos more noctuæ.* In Raud.

Cenſus, *eſt quicquid fortunarum quis habet, aut id, quod principi per capita ſoluitur, ut tributa, aut ſimile quiddam.* Ibidem

Certum eſt, *in animo fixum eſt.* Vergilius: Lib.5.ca. 27

*Certum eſt in ſyluis inter ſpelæa ferarum*
*Malle pati.*

Siccine

*Siccine agis? Certum eſt: ne diſſuade. Si uſqueadeò certum eſt, dij bene uertant. Gall. ſi tu l'as ainſi arreſté,* Dieu le *ueuille tourner en bien.*

Lib. 3. cap. 5 Centum *adiectiuum eſt. Ter centũ, bis centum, indeclinabilia ſunt. Trecenti, trecentæ, trecenta: ducenti, ducentæ, ducenta, declinabilia. Trecentas oues pater meus poßidet, uel tercentum oues.*

Lib. 5. ca. 45 Cedo tibi, *do locum. Gall. ie te doñe lieu. & habet ceßi in præterito, ceſſum in ſupino. Inde concedo, & eſt neutrale. Interdum additur accuſatiuus. Hanc prouinciã tibi lubens cedo.* Cædo te, *flagello te, uel occido, habet cecĩdi in præterito, cæſum in ſupino.*

Celo *te hanc rem, & celo te de hac re, idem ſignificant. Gall. ie te celle aulcune choſe.*

Lib. 4. ca. 22 Cœnaculum, *eſt locus cœnandi, ſed in ſuperiore parte domus. Poſteà cœpit ſignificare totam ſuperiorem domum. Gall. Chambres haultes. Vbi eſt pater? In cœnaculo. Gall. en la chãbre haulte.* Cœnatio *eſt locus cœnandi, ſed in ima parte domus. Sallette.*

Lib. 4. ca. 36 Ceruix, *la nucque du col, poſterior pars colli, in qua nerui. Duræ ceruicis, obſtinatus, & pertinax. Obſtiné, & opiniaſtre.* Iugulus, *non iugulũ, anterior pars colli. Gallicè, le gouſier, ou ſifflet, unde halitus exit,* Collum *complectitur uniuerſa.*

Charta *ſcribendum eſt, non carta.*

In Raud. Chirographus, *eſt ſcriptura propria manu ſcripta.*

Lib. 4. ca. 62 Charitas, *primò amor, ſed tantùm hominum in homines, & quidem ſecundum perſonarum dignitatem.*

*Secun*

*Secundò Penuria: ſed* Penuria *eſt omnium rerum, ui-ni,uirorum,& aliarum rerum:* Caritas,*tantùm anno-næ.Item penuria.Gal.diſette,ut deſit:Caritas.Gal. cher-té,ut non facilè acquiratur. Penuria eſt contraria copiæ, Caritas uilitati.*

Citare,*eſt aduocare in teſtimonium.Citantur teſtes.* *Lib.6.ca.29* *Nonius malè pro laudare exponit.*

Cicercula,*nomen leguminis anguloſi.*

Circiter,*Gal.enuiron,pertinet ad tempus.Circiter* *Lib.2.cap.7* *Calendas Martias huc ueni. Et ad numerum, Circiter duûm milliũ militũ. Et ad locũ,ut,In media circiter urbe templum conſtitui ſolet.Gal.enuiron le milieu de la uille.*

Circunſcribere, *eſt fraudulenter aliquem bonis* *Lib.6.ca.10* *priuare,ut* Circunuenire,*fallere.*

Circunſtare,*eſt circundare.Circunſtante uniuerſo* *Lib.4.ca.49* *populo dixi.* Circunſiſtere, *eſt undique aggredi ter-rendi cauſa, nonnunquam alia cauſa. Circunſiſtebant me milites armati, ut loculos proderem, iubentes. Mercato-res in oppidis uulgus circunſiſtit.*

Citra,*pro ſine, Quintiliani ſeculum poſuit.plus con* *Lib.2.ca.49* *fert exercitatio citra artem, quàm ars citra exercitatio-nem. Hæc omnia citra docentem aſſecutus ſum, id eſt, ſine docente. Alioqui Citra & Vltra opponuntur. Cis Rhenum,Vltra Alpes.*

Cicur,*dicitur eſſe animal natura ferum,ſed manſue-* *Lib.4.ca.24* *factum.Gal. appriuoisè,ut Camelus edomitus,Elephan-tus ad bella doctus,ſus domeſticus,leo domitus,cicures di cuntur.*Cicurare,*manſuefacere.Gal.renger,& adole-ſcẽtes indomiti, diſciplina præceptoris cicurari dicũtur.*

*Ingenium cicur, manſuetum.*

*In Raud.* Clitellæ, *ſunt baſti iumentorum, ſuper quas onus iumento imponitur.*

*In eundem* Claſsicum, *propriè eſt ſonus tubæ uocantis ad prælium.*

*Lib. 5. c. 40* Conſulere *cum accuſatiuo, conſilium petere, ſiue interrogare. Conſule uires tuas prius, quàm cum eo decertes. Conſule aures tuas. Magiſtrum conſulamus, interrogemus.*

*Ibidem* Conſulere *cum datiuo, ſignificat conſilium dare, uel potius prouidere. Fac tuæ ſaluti conſulas. Ego meis rebus conſului, uos uideritis de ueſtris. Cōſule famæ tuæ. Conſule liberorum, & tuo commodo.*

*Ibidem* Conſultare, *eſt cùm aut plures de re, uel de rebus deliberant, aut unus ſecum de duabus, aut pluribus deliberat rebus. Senatores conſultant. Gall. ilz conſultent, Ilz ſont en conſeil. Vtrum horum malis aggredi, tecum conſulta.*

*Ibidem* Conſultor, *qui alium conſulit. Nonnunquam qui conſulit alij. Conſilio perit ipſe ſuo conſultor iniquus.*

*Ibidem* Conſultus *participium, ſignificat interrogatus. Conſulti medici, reſponderunt nihil morbi eſſe. Conſultus Apollo, triſte oraculum reddidit, id eſt, interrogatus. Conſultus nomen adiectiuum, ſignificat ſcientem, & peritum, à quo iure conſilium petas. Iure uel Iuriſconſultus, iuriſperitus. Horat. Inſanientis dum ſapientiæ Conſultus, erro. Inconſultus adiectiuum, ſignificat inconſideratum, imprudentem, & nullius conſilij. O inconſultam muliebrem ſemper amentiam.*

Con

Conciliare, *eſt contrahere, uel comparare: Cupio tuam beneuolentiam officijs mihi conciliare. Conciliamus amorem, laudem, famam, honores, id eſt, acquirimus uel comparamus. Conciliamus nobis & mala. Non autem dicimus conciliare gratiam, ſed inire gratiam, niſi addas datiuum. Conciliauit ſibi odium. Magnam à me iniſti gratiam.* Lib. 5. ca. 54

Reconciliari, *redire in gratiam, idem ſignificant. Non decet iras amicorũ eſſe diuturnas, redeamus in gratiam. Cum patre in gratiã redij, id eſt, poſt offenſam reconciliatus ſum ei.* Ibidem

Cooptare, *eſt eligere inter pares, ut, milites cooptant quem uolunt ducem.* Lib. 5. ca. 60

Conſternere, *& conſterni eſt corporum. Equi in bello, & homines conſternuntur.* Conſternari, *Gall. eſtre eſperdu, & eſpouenté, eſt animi: ut, Conſternatus animo.* Lib. 5. ca. 91

Conuenticulum, *diminutiuum à conuentus, mutat genus.* Lib. 4. ca. 5

Coctilis, *idẽ quod coctus. Gal. cuict. Lateres coctiles. Gall. tuilles ou ardoiſes cuictes. Cibus tamen coctus dicitur, non coctilis.* Lib. 1. cap. 8

Conductitius, *a, um, quod conduci ſolet. Gal. choſe de loage. Domus conductitia. Famulus conductitius, Gal. ſeruiteur gaignant gaiges.* Lib. 1. ca. 11

Commentitius, *a, um, idem quod fictitius. Ratio commentitia, quæ excogitata, & conficta eſt.* Ibidem

Continens, *eſt terra quæ non eſt inſula, fœminini generis.* Lib. 1. cap. 13

Ibidem Confluens *maſculini generis, eſt alueus in quem duo flumina conueniunt.*

Lib.1.ca.30 Continuò, *aut interrogatiuè, aut negatiuè ponitur: ualet idem quod non ideò, uel num ideò? Continuóne ſi ille ſtultè dixit, tu ſtultius facies? id eſt, num ideò? Gall. Eſt il dict, pourtant qu'il a ſollement parlé, que tu doiues faire encores plus ſollement? Qui nobis aſſentatur, is non continuò amicus putandus eſt. Eandem per omnia uim habent Protinus & Statim. Citra negationem, aut interrogationem non eleganter hoc modo uteremur.*

Lib.1.ca.10. & lib.3.c.35 Commeatus *tantùm ſingularis numeri, ſignificat facultatem recedendi ab aliquo miniſterio ad tempus, quam imperator concedit militibus, aut prælatus ſubditis. Commeatus in utroque numero, ſignificat cibaria ad uictum repoſita.*

Lib.4.ca.45 Confero *me in campum, ad campum, in urbem, uel ad urbem, id eſt, uado ad urbem. Hic poteſt poni ſiue* IN, *ſiue* AD. *ſi autem perſonam dicas, non locum,* AD *utendum eſt. Contuli me ad patrem, non in patrem. Quoties autem ſignificatur donatio,* IN *utendum eſt: ut, Multa in Ioannem contuli beneficia. Quicquid in ingratos confertur, planè perditur. Item confero, ſignificat primò comparo. Non es cum illo conferendus. Gallicè, tu n'es point à comparer à luy. Quem tecum conferamus, habemus neminem. Secundò conducit uel prodeſt. Quid confert multa audiſſe, ſi pauca memoriæ mandes? Nihil æquè confert ad Latinè dicendum, ut quotidianus uſus.*

Ibidem Commendo te præceptori, *Gall. ie te recōmande*

*mande au maiſtre.* Commendo te apud præceptorem,*id eſt,laudo te apud eum.*

Committo,*trado.Gall.ie baille en garde.Hãc rem tuæ fidei cõmitto. Secundò pro admittere, uel facere: ſed hoc modo ſemper ponitur negatiuè, & in malam partem ſemper accipitur. Poſtremò requirit poſt ſe* VT, QVAMOBREM, *aut æquipollens. Non committam, ut quæ in me contuliſti officia, perdidiſſe uideare. Non committas ut apta literis adoleſcentia tibi inter digitos effluat.* Lib.3. ca. 56

Conuenit : *id eſt, decens & conueniens eſt. Non conuenit ætati tuæ colludere pueris,id eſt,maior es quàm qui pueris colludas.* Lib.2.ca.38

Conuenire,*concordare & ſine controuerſia eſſe. Et capitur dupliciter:perſonaliter, ut,*Hoc conuenit mihi tecum : *id eſt, in hoc concordamus. Imperſonaliter, Non conuenit ſenibus & iuuenibus.Gall. il n'y a point de conuenance entre uieulx & ieunes.*Ou,*ilz ne ſont point ſortables entre eulx. Aut certè ſine appoſito. Cõuenerat olim,ut faceres tu,quod uellet, ne non ego poſſem indulgere mihi.* Lib.3.c.70

Conijcio, *coniecto, coniecturo, coniecturam facio,coniecturam capio,coniectura conſequor, coniectura colligo, coniectura ducor, pro eodẽ ferè accipiuntur, Gal.eſtimer. Admodùm iratus erat,quantum coniectura conſequi potui.Gall. il eſtoit fort courroucé ſelon ce que ie puis penſer.*Ex pudẽtis *adoleſcentis fronte facilè bonæ indolis coniecturam capimus. Certò noſcis?Gall.le congnois tu aſſeurément?*Non *tantũ coniectura ducor.Gall.* Lib.2.c.79

*non ſeulement ie le penſe. Qualis quiſque ſit, ex oratione facilè coniecturā facimus.* Gall. *quel eſt ung chaſcun il ſe peult aiſement eſtimer de ſon parler.*

Lib.4.ca.21 Commentarius, *uel* Commentarium, *Commẽtarij, commentariorum,* Commentaria, *commentariorum: ſignificat librum, in quo res non latè tractantur, ſed tantùm tanguntur capita rerum, uel ad memorandum, uel ad alijs materiam ſuppeditandam.* Nonnulli *capiunt pro expoſitione autorum, ut commentaria in Vergilium, in Ariſtotelem.*

Lib.4.ca.32 Comicus, *qui condit comœdias, ut Terentius, Plautus.* Comœdus, *eſt hiſtrio qui agit geſtu, & uoce comœdiam conditam. Ita* Tragicus, *autor eſt tragœdiæ, ut Seneca,* Tragœdus, *actor.*

Lib.4.c.34 Conclaue, *eſt locus ſecretior in penetralibus, in quo comeditur, aut confabulantur mulieres.* Gall. *ung cabinet ou arriere chambre.*

Lib.4.ca.38 Comes, *eſt qui ſequitur alterius ductum.* Comitatus *dicitur clientela ſequens dominum, aut ducem. Libido comes eſt gulæ: id eſt, ſequitur gulam:* Non è conuerſo. *Diuitiarum comes eſt contumacia: id eſt, diuitias contumacia comitatur.* Opulentia *mater eſt ſuperbiæ. Affluentia parens eſt ſuperbiæ. Affluentia materia eſt ſuperbiæ. Idem omnium ſenſus eſt.* Comitari, *eſt ſequi ductum alterius.* Comis, *huius comis, facilis, benignus.* Gal. *courtois. Comiter excepit nos Petrus.* Comitas, *facilitas, & benignitas.*

Lib.4.c.43 Collis, *eſt monticulus, ſiue ſit per ſe, ſiue pars montis.* Cliuus, *eſt procliuitas illa, & pronitas à uertice collis*

*collis. Gal. la deſcente de la montaigne.*

Concio, *primò eſt congregatio multitudinis ad audiendum concionantem oratorem. Gall. l'audience, ut noſtro more loquamur. Græci concionem, id eſt, conuentum populi, ἐκκλησίαν uocant. Secundò, eſt oratio habita ad populum. Vbi fuiſti? In concione. Gal. au ſermon.* Lib.4.c.47

Coxa, *eſt pars ſupra fœmora. Gal. la banche: uertebrumq; ipſum, quod quoties uitiatum eſt, tunc coxam uitiatam dicimus.* Lib.4.c.57

Copia, *ſignificat primò facultatem uel poteſtatem. Et iungitur plerunq; cum hoc uerbo* FACIO *uel* DO. *Vt faciam tibi copiam libri mei deſcribẽdi. Latius his de rebus loquemur, quum primùm uidendi tui copia dabitur. Secundò ſignificat abundantiam: ut, Quibus largiſſimas rerum copias fortuna ſuppeditauit, eos plerũq; tardiores uidemus. Inde Copioſus, & Copiosè. Tertiò ſignificat multitudinem tam in plurali quàm in ſingulari: ut, Modicis copijs urbem munitiſſimam cepit.* Lib.4.ca.69

Condictio *à condico dicitur, eſt denuntiatio. Gall. ſommation. Item actio ipſa in perſonam, quam actor intendit ſibi dari oportere.* Condicere, *denunciare.* Lib.4.ca.69

Conditio, *primò à condo, eſt ſors, & pertinet ad fortunæ bona. Vir felicis conditionis, ſeruilis conditionis. Secundò eſt oblatio ſortis uel electionis. Ita dicitur, Dare conditionem, accipere conditionem.* Ibidem

Corpus, *Gal. le corps, notum eſt. Secundò eſt caro, ſed tantùm hominis uiuentis. Vt febris qua iampridem laborabam, omne mihi corpus abſumpſit. Vnde dicitur* Corpulentus, *non, carnoſus.*

Lib.4.ca.83 Conterranei, *qui eiuſdem territorij ſunt. Quos barbari noſtri ſolita ſua elegantia* Compatriotas *uocant.* Brabantinus *&* Brabantinus *conterranei ſunt. Gandenſis & Gandenſis ciues ſunt.*

Lib.2.c.84 Conſul, *qui conſul eſt.* Conſularis, *qui conſul fuit. Inde uiri conſulares dicuntur.*

Lib.4.c.90 Complures & Complura *caret ſingulari, idẽ eſt quod multi: eſt poſitiui gradus, non comparatiui gradus. A' compluribus grauibus uiri accepi. Gall. ie l'ay entendu de pluſieurs gens d'auctorité. Noſtri rhetores (barbaros loquor) quamplures pro complures dicunt.* Et Donatus, *ex quampluribus: ex compluribus dicẽdum eſt, aut ex quamplurimis, ſicut declaratũ eſt in* QVA'M.

Lib.4.ca.98 Corporeus, *a, um, quod conſtat ex corpore: & iungitur tantùm cum hoc nomine res, aut ſubſtantia, Lapis eſt res corporea, uirtus incorporea.* Corporalis, *quod exiſtit in ſubſtantia corporea.* Pulchritudo, *robur, bona corporalia ſunt, quia in corpore ſunt.*

Lib.6.ca.4 Contendere. *ſignificat intendere, ut neruos contendimus, aut intendimus. Gall. nous nous y ſommes emploiés, ou efforcés. Vires & animũ intendimus, aut contendimus, Gal. nous y auons eſtendu noſtre puiſſance & courage. Naſcitur autem hæc ſignificatio ex priore.* Contendere *uerbis, Gal. debatre de paroles.* Contendere *curſu, id eſt, concertare: & regit datiuum ſeu ablatiuum interuentu præpoſitionis* CVM. Vergilius: *Ne cellis ideò contende* Falernis. *Nolo tecum contendere.*

Inde Contentio, *Gall. combat.* Contentioſus. Contentioſe` agere, *eſt pertinaciter ſe defendere: unde*

*unde dicitur, Peto abs te ſummopere contendoq́; : id eſt, pertinaciter peto, ita ut negari mihi nolim.*

Conuitium, *eſt maledictum.* Gal. *iniure.* Hinc con*uiciari & conuitium facere. Fœminæ ſolent conuitijs agere, ubi ratione nihil ualent.* **Lib. 6. ca. 52**

Conuenæ, *conuenarum, dicuntur qui ex diuerſis populis in eadem mœnia conuenere, & coaleſcunt ſimul.* **In Raud.**

Contentor, *contentaris, non Latinè dicitur, ſed Boni conſulo.* **In eundem**

Cornicum *oculos configere, prouerbium, eſt configere oculos eorum qui ſe ſapiētiores uideri uolunt, & duces. Nam cornix dicitur dux auium eſſe.* **In eundem**

Comitium, *eſt tantùm locus:* Comitia, *actus eſt creandorum magiſtratuum, ut in creatione cōſulum, & prætorum, quæ in comitio fiebat. Vnde morbus comitialis. Aut comitia dicebantur electiones per ſuffragia.* **In eundem**

Cominus *non ſignificat in loco propinquo, ſed è loco propinquo. Cominus ſpectabat. Cominus pugnabat. Non cominus ſedeo.* Eminus, *è loco remoto. Eminus iaculatur.* **In eundem**

Complices, *non eſt Latinum uocabulum. Cicero corruptus eſt, ubi ſcriptum eſt complicium, pro comitū.* **Locus Cic. reſtitutus.**

*Attende pulcherrimam diſtinctionem Comparatiui, & Superlatiui.*

Comparatiui & ſuperlatiui, *quod ad caſum attinet, apud Græcos nulla differentia (quoniam non habent ablatiuum caſum) niſi quòd hoc refertur ad duo: &* **Lib. 1. ca. 15**

illud ad plura. Apud Latinos quæ ſit, uide. Omnis compa ratio aut ſit inter duo, aut plura. Si inter duo, ſemper utendum eſt comparatiuo. Vt patri meo duo fuerunt filij: maior iam olim è uita deceſsit: minor ego ſum. Dicendum fuit maior & minor, non maximus & minimus. Sin inter plura: aut ſunt illa diuerſi generis: tunc utendum eſt comparatiuo, non ſuperlatiuo: ut, Hic adoleſcens, longè omnibus ſenibus doctior eſt. Nam adoleſcens & ſenex diuerſi generis ſunt. Aut ſunt illa eiuſdem generis; ſi tres ſint, aut plures gradus: id eſt, ſi etiam in medijs ſit aliud alio ſuperius, ſemper utendum eſt ſuperlatiuo: ut, Scholaſticorum ſtudioſiſsimus eſt Henricus. Latinorum eloquentiſsimus eſt Cicero. Sin tantùm duo ſunt gradus inter multa, ut ſi ſint multa parua, & unum tantum emineat quod ſit maius cæteris inter ſe æqualibus, utendum eſt comparatiuo cum ablatiuo: ut, hoc uas maius eſt cæteris. Sunt tamen qui more Græcorum uſurpant comparatiuum loco ſuperlatiui, ut Cato, Heſpere qui cœlo luces iucundior ignis. Et, Cicero omnibus eloquentior. Quoties autem comparatiuus nō accipitur diſtributiuè, ablatiuum habet: ut, nemo te ſtultior.

Lib. 5. cap. 21 Coniuratio ferè in alterius perniciem fit: Scæuola trecentos Romanæ iuuentutis principes in Porſenæ necem cōiuraſſe aiebat. Et qui urbem incendere, aut perdere inter ſe iurauerunt, coniurati dicuntur. Conſpiratio nonnunquam in neminem graſſatur, ſed interdum ſignificat unanimitatem. & conſpirati dicuntur qui conſpirarunt, quemadmodum coniurati.

Lib. 5. ca. 22 Cordi eſt mihi, Gall. il m'eſt aggreable. Placet uel

*uel delectat. Terentius: Vterq; utrique eſt cordi. Gallicè Ilz plaiſent l'ung à l'autre. Omnia tua mihi cordi ſunt fili. Vtinam tibi literæ tam cordi eſſent, quàm luſus.*

In animo eſt, *id eſt uolo, uel animus eſt mihi. In animo eſt mihi: In animo habeo, idem ſignificant. In animo eſt mihi hyeme exacta Dauẽtriam petere. animus eſt mihi reuiſere.*

Compertum eſt mihi, *comperi, exploratum eſt mihi, inueſtigaui: id eſt, deprehendi & ſcio per inueſtigationem, & experimento compertum habeo. Tua fides mihi ſatis explorata eſt. Gal. aſſes congneue & eſprouée.* Lib. 5. ca. 24

Conſtitutum eſt mihi, *deliberatum eſt, decretum eſt mihi, ſtatutum eſt mihi, id eſt, apud me cogitando firmatum eſt. Gall. Ie me ſuis reſolu, Ie ſuis tout deliberé. Conſtitutum mihi eſt aut mortem ſubire, aut his malis eripi. Si id tibi deliberatum eſt, ſequar, quocunque uoces.* Ibidem

Deliberare *tamen aliud eſt quàm deliberatũ eſſe. Non potes deliberare ut non decernas. Deliberato opus eſt. Gall. il eſt beſoing d'y aduiſer. Deliberandum eſt diu quod ſtatuendum eſt ſemel.*

Crudus, *a, um, primò qui difficilem habet digeſtionem, aut, ut Latinius dicam, concoctionem. Gal. celuy qui ne fait bonne digeſtion. Crudus ſtomachus. Cruditate ſtomachi laboro. Secundò eſt truculẽtus. Hominem crudum uocamus qui truci eſt aſpectu. Tertiò eſt recens. Crudus dolor, Crudum uulnus, aut odium: cùm de integro reſuſcitatur. Quartò crudus, immaturus. Gal. crud, qui n'eſt encore meur. Cicero: Poma quæ cruda ſunt, ui euellũtur: quæ matura, decidunt.* Lib. 4. c. 116 1°. 2°. 3°. 4°.

Crepid

*In Raud.* Crepido, *eſt ora terræ quam aqua alluit : ex hoc appellata, quòd ui aquæ crepitet. Per metaphoram & os putei : id eſt, extremam oram quæ ad ipſum puteum reſpicit: & omnem extremitatem crepidinem appellamus.*

*Lib.2.cap.33* Cras, *Gal. demain. Dies craſtinus. Perendie, Gallicè apres demain. Dies perendinus. Perendinare, & comperendinare, differre de die in diem. Gall. delayer. Craſtinus non ſolùm ſignificat eum diem qui hodierno eſt proximus, ſed quemlibet alium futurũ. Horatius, Quid ſit futurum cras, fuge quærere.*

*Lib.3.cap.32* Criminandi uerba, *ut teneor, accuſo, poſtulo, deféro, condemno, arguo, & ſimilia regunt genitiuum ſignificantem crimen ſeu certum ſiue incertum. Accuſatus, perlatus, damnatus repetundarum. Præter hæc nomina, ambo, utrunq;, neutrum, alterum. Non enim rectè dicitur: Qui patriam prodidit, tenetur'ne ſacrilegij, an parricidij, an utriuſque? ſed, an utroq;, uel de utroq;. Cuius criminis accuſas hunc? abſentiæ, an inſolentiæ, an de ambobus? non amborum. Similiter nomina generalia criminum in ablatiuo apponũtur, addita præpoſitione. Accuſatus eſt de multis. Legimus, & damnatus capite.*

*Lib.4.ca.29* Crepitus, *eſt ſonitus uiolentus ex impulſu reſultans: qualis eſt oſtij pulſati, cymbalorum, tympanorum, tubarum, cornuum. Inde* Crepitaculum. *Secundò crepitus eſt eruptio uentris. Gal. pet. nam ructus eſt oris, crepitus eſt ani. Stoici putabant non minus honeſtos crepitus eſſe, quàm ructus. Strepitus, Fremitus, Stridor, uide ſuis locis.*

*Lib.4.ca.58* Crimen, *Gall. crime. Etiam eſt ipſa criminatio, id*

*eſt,*

*eſt, impoſitio criminis. Cicero, Vtinam hoc tantum uerum crimen eſſet: id eſt, utinam uerum eſſet in quo accuſas me.*

Curriculum, *primò ſignificat curſum ipſum, ut, Longo temporum curriculo. Secundò currendi locum. Stat intra curriculum non curſurus. Tertiò, ipſum currum, Curriculo proficiſcemur.* *Lib. 2. cap. 3*

Cum *præpoſitio, comitem ſignificat, aut modum actionis, non inſtrumentum. Scribo calamo: non, cum calamo. Pulſauit me pugno. Gall. il m'a frappé du poing. Sed ſummo cum honore me excepit, ſumma cum lætitia, id eſt, læte: non lætitia tanquam inſtrumento.* *Lib. 2. cap. 6*

Cum, *ualet primò ubi, uel quando: ut, Cùm primùm uenerit pater, dicito me eſſe domi. Secundò, quamuis: Cum nihil ſit te ſordidius, tamen liberalis tibi nomen uendicas. Tertiò, præpoſitio eſt, de quo ſuprà. Quartò iungitur huic particulæ* TVM, *ita ut* CVM *ſignificet minus,* TVM *maius. Cum omnes bene de nobis meritos amare debemus, tum uerò præceptores noſtros colere æquiſſimum eſt: id eſt, omnes quidem bene merentes amare debemus, ſed maximè præceptores. Pudor cum omnem ætatem, tum adoleſcentiam maximè decet. Et iunguntur ferè ſemper uerbis indicatiuis. Aut ſi alijs modis iunguntur, ſaltem non diuerſis modis. Neque enim Latinè diceretur: Cum omnes literatos ſemper amauerim, tum te chariſſimum habui. amaui dicendum fuit, non amauerim.* *Lib. 1. ca. 17* *Lib. 6. ca. 20*

Curſim, *currendo. Curſim perlegi.* *Lib. 6. c. 46*

Culcitra, *eſt tam lanea quàm linea, tã ſtupea quàm plumea*

*plumea. Gal. coite,ou coutil.Nunc plumea eſt.*

Lib.1.cap.52 Curia, *eſt locus conſilij publici.Gall.parlement.Iuuenalis, Vt curia Martis Athenis. Aliud igitur eſt aula principis, aliud curia.*

D

Lib.3.ca.36 Damus *illi literas,cui perferendas tradimus.*Reddit,*qui perfert.* Accipit, *ad quem dedimus*.Damus ad eum literas, *cui ſcribimus. Tabellario damus: ad amicum damus. Nudiuſtertius tabellario meo binas ad te literas dedi,alteras fratris tui, alteras meas, quas puto tibi redditas eſſe.Gall.auant hier i'ay baillé à mon meſſagier deux paires de lettres adreſſans à toy: lés unes de ton frere, lés autres de moy, leſquelles ie penſe t'auoir eſté preſentées.*

In Raud. Dedititius, *qui ſe in alterius imperium dedidit. Gal.ung priſonnier de bonne guerre. Nulla ſeruitus infelicior, quàm meretriculum dedititium eſſe. Is planè liber eſſe deſinit, qui uitiorum eſſe dedititia cœperit.*

Lib.1.cap.30 Defectus *actiuè ſignificat qui deficit, ut ſenectam defectam uocamus, quæ deficit. Dulcia defecta modulatur carmina lingua, Cãtator cygnus funeris ipſe ſui.* Defectus*, abſentia, ut ita dicam: Defectu medicorum multi periere: non culpa medicorum, in hoc ſenſu, Par default dés medecins pluſieurs ſont mortz.Defectus nummorum coget patriam repetere.* Defectio*, eſt diſceßio militum à duce, aut ciuitatis à ſuperiore.Gallicè reuolte: Vt, Ille ſuorum militum defectionem ſubitam conſpiciens, expalluit. Gall. iceluy uoyãt ſes gendarmes ſoy reuolter,*

eut

*eut paour. Vel deficit diſcipulus à magiſtro, deſerens ſe-ctam eius. Deſciſcere, uide ſuo loco.*

Decus, *eſt honeſtas, quæ ex bene geſtis oritur. Vt, Pueris quidem literæ nonnihil ſunt moleſtæ: at ſenibus, ſummæ uoluptati, & decori, id eſt, ad decus.* Dedecus, *ignominia quæ ex turpiter geſtis naſcitur: ut, quod tu tibi laudi tribuis, ſummo dedecôri eſt. A' decus dicitur* Decorare, *ŏ correpta, honeſtare.* Lib.6. ca.21

Dedecorare, *ignominia afficere.* Decor *decô-ris, eſt quædam decentia rerum perſonarum' que in locis & tempóribus.* Decôrum, *decens. Gall. choſe conue-nable, & bien ſeante à aucun. Non eſt decôrum ſeni la-ſciuire. Non eſt adoleſcenti decôra impudentia. Impu-dentia non decet adoleſcentem.* Honeſtum *quoque appellamus decôrum. Decor, ō producta, à decôro. De-decôro ſimiliter.* Ibidem

Declamator, *Vide in Rhetoricis.* Lib.4. ca.81

Deſipio, *deſipiſco, deſino ſapere. Gall. radotter, deuenir fol.* Reſipiſco, *redeo ad ſanam mentem. Gall. recouurer le ſens qui a eſté aucunement eſgaré. Iuuenes qui deſipuerunt, reſipiſcere poſſunt. Senes amentes nun-quam reſipiſcũt. Deſipere mihi uideris. Gall. il me ſemble que tu es fol.* Lib.4. cap.3

Deſcendere, *quid uulgo ſignificet, notũ eſt. Præ-tereà ſignificat de loco tuto in locum diſcriminis uenire, etiam ſi ſit æqualis. Deſcendere in prælium, deſcendere in campum, pugnandi utique gratia. Deſcendere in fo-rum, defendendæ cauſæ gratia.* Lib.5. ca.36

Declarare *ſit tam factis quàm dictis: ut, Gaudeo* Lib.5. cap.30

*me*

me nactum eſſe opportunitatem, qua meum erga te amorem declarare poßim: id eſt, oſtendere. Mallem meã in te beneuolentiam factis, quàm oratione declarare. Id eſt, indicare, uel oſtendere.

Lib.5.c.44 Deferre, pro accuſare, ſemper habet accuſatiuum, aut expreſſum, aut ſubaudiendum. Quintil. Diuitem detuli reum pauper, id eſt, accuſaui.

Lib.5.ca.56 Deuenire, eſt de loco editiore in planum, aut humilem, aut de rebus felicioribus ad infeliciores delabi, aut uenire. Deuenimus in planum. Italia deuenit ad nos. Deueni in paupertatem: En quò deuenêre literæ. Gal. uoylà en quel eſtat ſont tombées les lettres.

Ibidem Deuoluere, à ſummo deorſum præcipitare. Gall. deualler aucune choſe. Sæpe amnes à montium uerticibus ingentes rupes deuoluunt. Deuolue trabem, id eſt, deorſum præcipita.

Ibidem Deſpicere, ex alto deorſum aſpicere. Tranſumitur ad contemnere. Suſpicere, ſurſum aſpicere. Suſpice cœlum. Tranſumitur ad uenerari & honorare.

Lib.5.ca.60 Deligere, eſt eligere, quod ad agendum ſit magis idoneum: ut, Ruſticus deligit tauros quos aratro applicet, quos creandæ ſoboli deſtinet. Imperator deligit quos militiæ adhibeat. Populus deligit regem uel epiſcopum.

Delectus, tantùm duobus uerbis iungitur, AGERE, & HABERE: & ſignificat idẽ quod deligere, ſed tantùm ex multis. Cæſar delectum habuit in prouincia, id eſt, ex multis elegit quos iudicaret idoneos militiæ. Præceptorem diſpicere, & delectum agere ingeniorũ neceſſarium eſt: ut nouerit, quid quos diſcere iubeat. Eligere non

*non reſpicit rem adminiſtrandam, ſed commodum priuatum, uel placitum. Habes optionem, utrum mauis, elige.*

Cooptare, *uide loco ſuo.*

Debellare, *eſt bellando uincere, ſeu capere: ſed potius ad homines refertur.* Vergilius: **Lib.3. ca.62**

*Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.*

*Expugnamus autem naues, caſtra, urbes. Vide loco ſuo.*

Deſciſcere, *eſt deficere. Gall. ſe reuolter. Vt milites à duce, populus à rege, diſcipulus à ſecta magiſtri deſciſcit.* **Lib.5.ca. 86**

Deturbare, *eſt deorſum cum uiolentia deijcere. Deturbat è turri, è puppi.* Exturbare, *è loco in eundem modum eijcere. Ioſue: Quia turbaſti nos, exturbet te dominus.* Diſturbare, *eſt diruendo deijcere. Diſturbare domos, parietes.* **Lib.5.ca. 89**

Decedere, *cùm capitur pro recedere, tum propriè ſignificat à mandato cuſtodiæ ſuæ loco recedere. Prætores & huiuſmodi, è prouincia decedunt perfuncto officio. Præſidia de urbibus, aut caſtellis decedunt, id eſt, deſinunt tueri. Militia è caſtris decedit. Secundò decedere è uita, id eſt, mori. Excedere, ſi adiungas,* E` VITA, *eſt mori. Inde Exceſſus, mors. Excedit modum, qui prætergreditur.* **Lib.5.ca. 95**

Demum & deniq; *ſignificat tandē. Gall. adonc, alors, ou or primes. Quum omnia perdidiceris, tum demũ, uel deniq; docere alios poteris. Gall. Quand tu auras apprins toutes choſes, or primes pourras tu enſeigner les autres. Deniq; autem ſolet nonnunquam multis enumeratis in extremo poni. Eſt ſermone proteruus, factis* **Lib.6.ca. 21**

*ferox, ſibi perplacens, aliorum faſtidiens, deniq; talis ut commodius ſit belluæ conuiuere, quàm huic monſtro. Secundò, demum capitur pro omnino, uel ſolùm, præcipuè iunctum* IS *&* ITA. *Ea demum glorioſa laudatio, quæ à laudatis uiris proficiſcitur. Ita demum me abs te amari ſentiam, ſi huic homini mea cauſa commodaueris. Ouidius pro* DEMVM *poſuit* DENIQVE: *Si qua me tu dempto caſta eſt, ea deniq; caſta eſt. In lingua Gallica ſignificatio hæc ſonat ſeulement. Is demum fortis eſt, qui ſe uincit. Gall. celuy ſeul eſt fort, qui eſt uainqueur de ſoy meſmes. Ita demum te me amare credam, &c. Gal. or primes, à ceſte heure là ie croiray que tu m'aimes.*

*Lib.6.ca.24* Deprecari, *ſignificat ualde precari, Gal. prier inſtamment. Item deprecamur bella, morbos: optamus ne ueniant.* Naſo:

*Sæpe precor mortem, mortem quoq; deprecor idem.*

*Lib.6.ca.32* Decurio, *dignitatis nomen eſt. Gallicè, cheualier, capitaine, ayant charge d'hommes d'armes, quem barbari militem uocant.* Nam *miles eſt quiſquis militat. Gal. ung ſouldart.* Decurio Romanus, *maior* Equite Romano: Eques, *maior centurione: centurio, maior decarcho duce decem militum: decarchus, maior milite:* Ergo *neq; decurio decarchum ſignificat, neq; miles.* Gall. *ung cheualier ou capitaine.* Decuriones *municipales aliarum ſociarum urbium præter* Romam, *ſunt ij qui* Romæ *Senatores uocantur.*

*Lib.6. ca.63* Depaciſci, *idem quod paciſci.* Depaciſci *mortem cupio.*

Depectus, *idem quod pactus.*

Deſi

Definire, *eſt terminare cauſa definita.*

Diffinire, *hoc ab illo finiendo ac partiendo diſtinguere.* In Raud.

Dies, *in maſculino ſignificat diem certũ, ut decimus dies Calendarum Nouembriũ. Non rediјt pater die præſtituto. Abijt die præſtituto rediturus, non die præfinita. Dies quando ſignificat ipſum tempus, ſemper eſt generis fœminini. Ipſa dies facit hominem prudentem.* Lib. 4. ca. 82

*Ipſa dies quandoq; parens, quandoq; nouerca.*

*Horatius in Arte poëtica:*

*–Carmen reprendite, quod non*
*Multa dies & longa litura coërcuit.*

*Id eſt, multum tempus, non multus dies. Inde diecula, breue tempus, Pædiano autore. Dies bima, trima, quadrima, tempus duorum, trium, quatuor annorũ. Sed hoc noſtri iuriſperiti non intelligunt. Dies heſternus, craſtinus: non heſterna, craſtina.*

Diurnus, *Gall. choſe qui ſe fait de iour, ut, Adoleſcentes diurnum ſtudiũ ament, nocturnos labores fugiãt.* Lib. 4. c. 107

*Horatius:*

*Nocturna uerſate manu, uerſate diurna.*

Diuturnus, & Diutinus, *idem ſignificãt: ut, Petrus diutini laboris odio à ſcholis defecit. Gall. Pierre pour la facherie du long labeur, a laiſſé l'eſchole.*

Diſco, *quod antè neſciebam. Gall. apprendre. pertinet ad diſcipulum.* Dediſco, *cùm obliuiſcor, quod ſciebam. Gall. deſapprendre. Plerique ita logicam diſcunt, ut grammaticam dediſcant. Dedidici linguam Latinam diutina inſuetudine. Dediſce iſtos indecẽtes mores, Gall.* Lib. 5. cap. 1

Deſapprens cés couſtumes mal ſeantes. Ediſco, eſt memoria complecti. Gallicè, apprendre par cueur. Hi uerſus hodie nobis ediſcendi ſunt.

Lib. 5. ca. 10 Dicere, loqui. Gal. dire. Dic, ſi quid habes. Dic quod hic non inuitus audiat. Dicere eſt oratoris elegāter orantis. Inde artem dicendi uocamus oratoriam. Hieronymus eleganter dicit, parum acutè arguit. Auguſtinus acutè arguit, ſed obſcurè dicit.

Ibidem Dictio, eſt oratio facunda & oratoria.

Lib. 5. cap. 10 Dictare, frequentatiuum ſignificat dicere, ut alius calamo excipiat. Vt is qui legit epiſtolam, dictat, notarius excipit. Præceptor legens diſcipulis, materiam epiſtolæ dictat eis.

Lib. 5. ca. 10 & 50 Dictitare, frequentatiui modi, ſignificat frequentibus & locis, & temporibus dicere. Gall. dire ſouuent, ou communément. Ita'ne eſt? neſcio, id paßim dictitant.

Lib. 5. ca. 56 Diſpicere, eſt circunſpicere mente. Gall. aduiſer.

Diſpicientia, id eſt circunſpectio.

Lib. 6. ca. 20 Diſsimulatim, id eſt, diſsimulanter.

In Raud. Diabolus Græcè, Latinè criminator,

Lib. 4. ca. 62 Diuerſorium, hoſpitium meritoriū. Gall. hoſtelerie.

Diuerticulum, digreſſus à uia publica, ſiue flexus uiæ. Gall. detour, ou detorſe, ou coing de rue.

In Raud. Diploma, eſt epiſtola, uel ſcriptio alicui miſſa. Gal. ung brief, ou lettres patentes.

In eundem Diffiteor, diffiteris, eſt negare. Gall. renier. Infiteri & defiteri non reperiuntur.

In eundem Dyſcolus Græcè, ſignificat Latinè hominē malū, perni

*pernicioſum, & toleratu difficilem.*

Dictum, *dicta dictorũ, ſermones ſalſi. Gal. brocard.* Lib. 5. cap. 16
*Non me latet in quem dicta iſta iaculeris. Cõtorſi in eum dictum, quod illi perpetuò doleat. Gall. ie luy ay iecté ung brocard, qui luy cuira touſiours.*

Dicacitas, *Dicaces dicimus qui callẽt lepida dicta confingere, & iaculari. Gall. brocardeurs.* Ibidem

Domus, *ſic declinatur: Nominat. domus, geni. domi uel domus, datiuo domui, accuſatiuo domum, ablat. domo. Domi ſignificat ubi manemus, id eſt, in domo: & iungitur tãtũ his pronominibus, meæ, tuæ, ſuæ, noſtræ, ueſtræ, & cum hoc nomine alienæ. Domus genitiuus quartæ declinationis ſignificat ipſum ædificiũ, id eſt, tecta & parietes: ut, Vis uentorum noctu magnam domus meæ ruinam fecit: nõ domi meæ. Sed domi erimus, id eſt, in domo. Domi & belli, Domi & peregre opponuntur.* Lib. 3. ca. 15.

Dono tibi hanc rem, & dono te hac re, *idem ſignificant. Hoc munus mihi donatum eſt à Petro: uel hoc munere donatus ſum à Petro. Eandem conſtructionem habet Impertior, uel impertio.* Lib. 3. ca. 45

Doceo, *cognitionem do. Gallicè, enſeigner.* Dedoceo, *ſecus ab eo quod quis doctus eſt, doceo. Gallicè, deſenſeigner. Quintilianus: Et idem prius ac difficilius opus dedocendi, quàm docendi. Iſtam petulantiam te facilè dedocebo. Gallicè, ie te feray bien deſapprendre ceſte inſolence.*

Domeſticatim, *id eſt, per ſingulas domus.* Lib. 6. ca. 20

Docilis, *qui facilè docetur. Docile ingenium.* Lib. 6. ca. 26

Indocile, *id eſt, durũ & ſuperbũ. Docilimus in ſu-*

perlatiuo. Docibilis, uix inuenitur, niſi apud eccleſiaſticos, & id pro docilis: Docibiles dei erunt. Priſcianus non docibile dicit ſignificare docibile quod facilè diſcitur, pro quo nos perceptibile dicimus potius.

Perceptibile non docibile dicendum.

Lib.2.ca.34 Dudum, iandudum, de paruo tẽpore, unius horæ, duarum, aut trium: ſed dudum ſignificat actum tranſeuntem: Iandudum, inſiſtentem & manentem. Iandudum magiſter eſt in ſcholis, id eſt, non diu fuit, & adhuc eſt. Dudum uenit. Gall. Il eſt naguercs arriué.

Vide Vall. Nuper & pridem, de longiori tempore dicũtur.

Lib.2.ca.34 Vide hæc loco ſuo in NVPER.

Lib.2.ca.53 Diu, continuationem temporis ſignificat, id eſt, per longum tẽpus. Diu in grammatico ſtudio uerſatus ſum, priuſquàm ad logicam accederẽ. Diu eſt quod urbem intraui (eò quòd DIV uerbis momentaneam actionẽ ſignificantibus non iungitur) non dicitur, ſed dudum, uel pridẽ. intraui. Iandiu idem quod Diu: niſi quòd Diu ſignificat actum tranſeuntem: Iandiu, inſiſtentem. Iandiu uxor mihi ducta eſt, & adhuc uirgo eſt.

Lib.2.ca.41 Duntaxat, idem ſignificat quod ſolùm: ſed non recipit poſt ſe, SED ETIAM, ſicut SOLVM, & MODÒ, & TANTÙM: non enim eleganter diceretur, Non is duntaxat amicus cenſendus eſt, qui bene de nobis meretur, uerumetiam is qui bene nobis cupit. Sed ſic, Studioſis interdum ioco & luſibus indulgendum eſt, ſed in loco duntaxat.

Lib.2.ca.48 Dum & donec, ſignificant quandiu, uſque dum, Tantiſper tibi ſum amicus, dum dico, quod non inuitus audias, id eſt, uſq; dum. Donec moriar, literis operam dabo, id

*bo,id eſt:uſque dum moriar.Naſo: Donec eris felix, multos numerabis amicos.Tantiſper te meum filium dici uolo, dum quod te dignum eſt facies.* *Terentius in Heaut.*

E

Ecce, & en, *idem penè ſignificant. En,duos caſus habet,nominatiuum,& accuſatiuum.Et capitur demonſtratiuè, & exprobratiuè. Prius notum eſt: poſterioris hoc exemplum eſt:En hominem,en mentem, cum qua dij nocte loquuntur. Ecce, penè nunquàm accuſatiuum habet,niſi fortè apud poëtas,& id quidem rariſſimè.* *Lib. 2. ca. 15*

Eccum,eccam,ellum,ellam, *per aduerbia exponuntur,non per nomina:ut,eccum,id eſt,ecce hic: ellum,id eſt,ecce illic.*

Econtra,*nõ dicitur,ſed* È contrario,*ſiue* È diuerſo. *In Raud.*

Aedes,*pro domo priuata, nũquàm habet ſingularẽ numerum: diciturq́; binas,trinas ædes,non tres aut duas. Aedes pro templo,utrunq; numerũ habet, ſed ferè ponitur cum adiectione. In æde Iouis. In ædibus Mineruæ.* *Lib. 3. cap. 7*

Aedituus, *cuſtos ſacrarum ædium. Gall. le marguillier.Propriè Aediles erant apud Romanos magiſtratus præfecti curandis ædibus deorum.*

Aedilitas,*nomen dignitatis:ſicut conſulatus.*

Edicere, *eſt imperare:ſed tantùm ad magiſtratus, & reges pertinet.Inde* Edicta conſulum. *Edictum Auguſti.Edictum imperiale.* *Ibidem* *Lib. 5. ca. 60*

Edulium,*eſt quicquid edendi gratia apponitur.* È *præpoſitio iungitur ſemper dictionibus ab* R *inceptis,nõ* EX. È *regione,id eſt,ex oppoſito, uel ex aduerſo.* È *re-* *In Raud. Lib. 5. ca. 19*

gione Boreæ flat Auſter. Gall. Le uent de Biſe tire tout droict contre le uent de Mydi.

Lib. 5. ca. 19 E republica, id eſt, pro republica. Multos exilio damnare, è republica non eſt, id eſt, non eſt utile reipublicæ. Gall. Il n'eſt point prouſitable à la republique.

Ibidem E re mea, id eſt, ad utilitatem meam. E re tua. E re ueſtra. Quid mea? è re tua erit ſi quid labores. Id eſt, In rem tuam. Gall. qu'en ay ie à faire? ce ſera ton prouffit, ſi tu y trauailles.

E tua dignitate, id eſt, pro tua dignitate. Ex tuo uſu erit, ſi facis quod hortor. Gall. Ce ſera ton bien, ſi tu fais ce à quoy ie t'enhorte.

Ex utilitate reipublicæ legem conſiderate. Deliberat ciuitas, utrum prælium committi ex uſu ſit, nec'ne. Gall. ſi c'eſt le prouffit, ou non.

Lib. 4. ca. 66 Elogium, eſt teſtificatio de aliquo in laudem, uel uituperium. Vnde dicuntur Elogia ſepulchrorũ: ut ſi magiſter reddens diſcipulum parentibus, dicat: Prius aſellus lyra canere diſceret, quàm filius ueſter literas: planè turpe elogium eſt. Secundò elogium eſt aperta teſtificatio ſententiæ ſuæ, ut regis cuiuſdam Hieroſolymorum elogium eſt. Malle ſe diademate, quàm literis carere.

In Raud. Eminus, non ſignificat in loco remoto, ſed è loco remoto. Gall. de loing. Eminus uidebat. Eminus petebat me. Eminus iacula iactabat, id eſt, à longè.

In eundem Energumenus, qui à dæmone agitur, ab ἐνέργοῦμαι Græco, quod eſt agor uel agitor.

Lib. 5. ca. 23 Epulæ, epularum, ſunt cibi in priuatum uſum comparati. Dapes, uolunt eſſe deorum, uel noſtras, in ſacrificijs

ficijs. Epulum, eſt publicũ & ſolenne conuiuiũ, quod præſtatur apparatus gratia uel in ſolẽnitatibus deorum, uel in funere diuitum, uel in alio quopiam ſimili.

Eques, eſt aliquis primò ex dignitate Equeſtri au= ratus. Gal. cheualier. Secundò ex equo militãs. Gal. hom= me d'armes. Lib.6.ca.32

Aequalis, ſimilis. Gal. pareil. Aequales amore, Ae= quales ſtatura, pares amore. Aequalis, coæuus. Te in pri= mis ſemper amaui, utpote adoleſcentem æqualem. Ae= quabile, idem quod æquale. Gall. eſgal. Ius æquabile, ſonus æquabilis, id eſt, æqualis & par. Lib.4.c.102

Ergaſtulum, eſt priuatus carcer, uel locus ubi ſer= uos dominus includit noctu, unde manè ad opus emittat. In Raud.

Aes alienum, quod alijs debemus. Gall. debte. Con= flare, contrahere æs alienum. Gallicè, aller aux empruns. Diſſoluere æs alienum. Gall. payer ſes debtes. Obſtrictus uel preſſus ære alieno. Gallicè, ung qui eſt bien auant aux empruns ou fort endebté. Lib.5. ca.94

Etſi, Quanquam, in principio orationis indica= tiuo gaudent. Etſi, uel quanquàm mihi ſemper fuiſti cha= riſsimus, tamẽ multò eris charior, ſi meis monitis parue= ris. fuiſti: non, fueris, uel ſis. Licet autẽ & quamuis, in principio ſubiunctiuum deſiderant. Licet, uel quam= uis tu me odio habeas, tamen ego nunquàm amare deſi= nam. habeas: non, habueris. Sed in medio orationis omni= bus his indifferenter utimur. Feram te licet inſolentem, quamuis inſolentem. LICET, nunquàm iungitur indi= candi modo. Et, geminatum pulcherrimum eſt: ut, Fili & mihi morem geres, & tuæ ſaluti conſules, ſi te ſtu= Lib.2.cap.21

*dioſum præſtiteris.* Idem ualet Que, *ſed frequentius in carmine.* Terentius:

*Quod mihi, heræq́;, filiæq́; herili eſt malum. Id eſt, & mihi, & heræ, & filiæ.* ET, *pro* ETIAM, *Quintiliani ſeculum accepit. Quicunque tibi inimicus erit, is erit & mihi: id eſt, etiam mihi.*

*Lib.1. cap.7* Euentus, *euentus, euentui, in ſingulari. In plurali euenta, euentorum. Narra nobis obſecro tua euenta. Gall. racompte nous tes aduentures. Similiter* iuſſus, *iuſſæ: permiſſus, permiſſa.*

*In Raud.* Exoletus *ab exoleſco, adiectiuum, ſignificat adultum: ſed non eſt uſitatum.* Exoleta *dicuntur & quæ in deſuetudinem uenerunt.*

*In eundem* Explicit, & *Expliciunt nuſquam inueniuntur.*

*Lib.4.ca.69* Excubiæ, *ſunt diurnæ, ſiue nocturnæ.* Vigiliæ, *tantùm nocturnæ.*

*Lib.5. cap.7* Explodere, *eſt cum pulſatione, & ſono manuum eijcere è concilio, è theatro, è domo. Exploditur & ſententia quæ reijcitur.* Complodere, *eſt collidere manus in indicium doloris, admirationis, & lætitiæ, aut ſimilium.* Supplodere, *eſt terram pede incutere.*

Exibilare, *eſt cum ſibilo exturbare. Vt pueri ignotos ludum intrantes exibilare ſolent. Vel qui in conuentu aliquo ridicula profert, exibilatur: id eſt, cum irriſione expellitur.*

*Lib. 5. cap.2 & 20* Excogitare, *eſt inuenire ingenio. Quis hoc excogitauit cõſilij? Gall. qui a trouué ce cõſeil? Excogitaui argumẽta duo. Excogitaui rationẽ, cauſã cogitat, q quærit.*

*Lib.5. ca.19* Extempore, *id eſt, impræmeditatè & ſubitò.*

Extem

Extemporalis oratio, eſt quæ domi elaborata non eſt. Ex tempore uenire. Ex tempore agere. Ex tempore capere conſilium. Gall. ſur le champ. Ex tempore, pro temporis conditione, hoc eſt, pro re nata.

Ex equo pugnare, id eſt, ſedētē in equo pugnare. Ibidem

Ex uinculis cauſam dicere, id eſt, alligatum.

E renibus laborat, è ſtomacho: id eſt, patitur infirmitatem ſtomachi.

Exiſtimare, id eſt, iudicare. Exempla nota ſunt. Lib. 5. ca. 20 Differunt æſtimo, & exiſtimo: ſicut cogito & excogito. Seneca: Quem mihi dabis, qui aliquod pretium tempori ponat, qui diem æſtimet? Id eſt, qui pretiū diei ſupputet. Exiſtimo te magnum, exiſtimo te magni.

Exto, & Exiſto, idem habēt præteritum, quod eſt Lib. 5. cap. 51 extiti: ſignificāt eminere, & ſupereſſe: ſed exiſto cum motu, exto ſine motu. Cicero: Submerſus equus uoraginibus non exiſtit: id eſt, non emergit uel prodit. Gall. ſortir & ſoudre. Idē: Exiſtit hoc loco quæſtio ſubdifficilis. De exto, Capite extabat aquis. Vergilius: Et ſummis uix cornibus extant. id eſt, eminēt. Opera autorum dicuntur extare, id eſt, ſupereſſe. Tragœdiæ Naſonis non extant. Ciceronis de republica libri non extant. Varronis pauciſſimi libri extant, cæteri demortui ſunt. Videant hoc grammatiſtæ noſtri, qui dicunt extare & exiſtere, idem ſignificare quod eſſe.

Expugnare, ſignificat pugnando capere, ſed frequentius refertur ad inanimata. Vrbs expugnata eſt. Caſtrum inexpugnabile. In pſalmo, Sæpe expugnauerunt: expugnare dictum eſt pro oppugnare, uel impugnare.

*gnare.Sequitur,Neq; enim potuerunt mihi.*

Lib.5.ca.67 Excuſare,*ſignificat.Gallicè,ſe excuſer,id eſt, purgare. Neoterici dicunt, habe me excuſatum. Veteres dicebant, accipe excuſationem. Accepit pater excuſationem. Interdum excuſare eſt afferre id quod fuit in cauſa, quò minus aliquid factum ſit.Excuſat ualetudinem. Heus tu,iam annus eſt quòd ne literam quidem à te accepimus. At tu( ſcio) excuſabis tabellariorum penuriam,occupationes,& huiuſmodi mille:id eſt,dices penuriam tabellariorum impedimento fuiſſe. Ioannes quòd ad diem non præſtò fuit, tempeſtatem, uentosq; aduerſos excuſat, id eſt,accuſat, & affert in purgationem, &c.* Cauſari, *uide loco ſuo.*

Lib.5.ca.70 Ex ſententia,*id eſt,ad uotum. Quintil. Habes'ne uxorem ex animi tui ſententia? Quis tam fauentes habet diuos,ut omnia ex ſententia habeat?*

Lib.5.ca.101 Exhorreo, *regit ſemper accuſatiuum. Exhorreo ſcelus iſtud. Aures exhorrent tantum nefas, id eſt, expaueſcunt.* Abhorrere, *regit ablatiuum, & ſignificat prorſus alienum eſſe. Vita mea à moribus tuis abhorret.*

Lib.5.ca.26 Exitiale, & Exitiabile,*pro eodem accipiuntur, id eſt,mortiferum.*

Lib.6.ca.31 Exemplum,& Exemplar,*penè nihil differunt: Exemplum,eſt res quam imitamur in aliquo.Exẽplar, ex quo ſumimus quod imitemur:illud contentum,hoc conti nens:ſed confunditur differentia, ſi tamen eſt differentia.*

Lib.6.ca.63 Exautorare, *eſt militẽ aut ducem ab officio abſoluere. Exautorati milites, qui ſoluti ſunt ab obligatione*

*militan*

*militandi. Gall. gens darmes caſſéz: uide in Autor.*

Exodium, *eſt genus cantus.* In Raud.

# F

Facilè, *pro nõ dubiè, omnibus ſuperlatiuis pulchrè iungitur: præterea etiã his nominibus, primus, princeps, ſecundus. Facilè princeps. Facilè ſecundus. Adeò eruditus eſt Petrus, ut magiſtro ſit facilè ſecundus.* Lib. 1. ca. 18

Facio, pendo, æſtimo, *& ſimilia, uenuſtè iunguntur genitiuis, magni, parui, tanti, quanti, pluris, minoris, plurimi, minimi, maximi. Exempla ſunt nota.*

Faber, *qui è quauis materia facit aliquid, excepto gypſo, argilla, cera, & ſimilibus: nam hi* plaſtæ *dicuntur, aut* figuli. *Gall. tout ouurier beſoignant en matiere dure, comme en boys, fer, pierres, & autres ſemblables. Hinc faber ferrarius. Gall. forgeron, ou mareſchal. Faber lignarius. Gallicè, charpentier, ou menuſier. Faber lapidarius. Gall. tailleur de pierre.* In Raud.

Factio, *Gall. ligue, cùm ciues aliqui contra ſe æmulantur, ut potiantur imperio, aut magiſtratu, & ob id quiſq; ſuas partes concitat. Vnde &* factioſi *dicuntur. Gall. faiſeurs de menees.* Lib. 4. ca. 61

Faſtidio, *is, ire, regit accuſatiuum, non genitiuum: ſignificat. Gall. ne tenir compte, ſpernere cum quodã faſtu, & nauſea: ut potentes, inopes: & diuites, pauperes faſtidiunt: & potens amica amatorem tenuem faſtidit.* In Raud.

Facies, *ad corpus refertur:* Vultus, *ad animum & uoluntatem. Dicitur à uolendo. Facies & ad alia transfertur pro ſpecie: Miſeranda rerum facies.* Lib. 4. ca. 13

Lib.4.ca.75 Facio te certiorem, *non certum, Gal. ie te aduertis. Factus ſum rerum tuarũ certior.* Facio iacturam, *damnum, naufragium, id eſt, paſſus ſum, uel patior.* Facere iter, *proficiſci. Gal. cheminer.* Facio tibi copiam *mearum rerum, id eſt, præſto.* Fac mihi tui carminis legẽdi copiã. Facio lucrum, *id eſt, acquiro lucrum.* Facio ſtercus, *id eſt, caco.* Fecit urinam, *id eſt, emiſit urinam.* Facio ſtipendiũ, *id eſt, mereo ſtipendio.*

Lib.4.ca.24 Feræ, *dicuntur omnia animalia, præter pecudes, leo, urſus, pardus, lupus, uulpes.*

Lib.4.ca.57 Femora, *anterior pars feminũ.* Femina, *feminũ, femen feminis, eſt interior pars feminum, quæ ſe contingunt.* Feminalia, *femoralia, tegumina feminum. Gall. brayes.* Coxa, *uide ſuo loco.*

Lib.4.ca.59 Fœnus, *id eſt, quod prouenit ex cultu terræ. Vnde fructus terræ, fœnus dicitur. Translatum eſt autem ad uſuram, quaſi nummi per ſe fructum faciant.*

Lib.4.ca.71 Fœtus, *auium, & piſcium eſt: tamen fœtificare, & fœtus, omni animanti conuenit.* Catuli, *ſunt ferarum, ſiue immanium, ſiue mitium. Propriè tamen filioli canis, catuli uocantur, qui & catelli uocantur.* Pulli, *pecudũ ſunt, boum, equorum.* Hinnulus, *eſt ceruorum, capreolorum, caprarum, damarum, lepõrum, & ſimilium.*

Lib.5.ca.23 Fœnero, *as, are, actiuè, ſignificat dare ad uſuram. Fœneratur deponentaliter, qui accipit ad uſuram.* Deo *fœnerat, qui miſeretur pauperi. Non fœneraris mihi. Nõ beneficium impẽdis, ſed fœneras. Fœneratus ſum à nummulario mille aureos, id eſt, ad uſuram accepi.* Fœneratitius, *a, um, fœnore ſumptus. Gal. choſe baillée à uſure.*

Ferre

Ferre acceptum, *eſt habere pro recepto ab ali= quo, quod debet, etiam ſi non ſoluerit. Inde* Acceptila tio, *quam Iuſtinianus per interrogationem & reſpon= ſionem fieri uult. Vne quictance.* Lib. 1. cap. 11 Lib. 5. c. 100

Ferrumen, *pro glutine accepit Plinius, quo aliqua agglutinantur.* Ferruminatio, *conglutinatio. Gall. ſouldure. Vt muri Babylonij ante calcem repertam, bitu mine ferruminati leguntur.* Lib. 6. ca. 58 Ibidem.

Ferè, *penè: ut, Ferè mihi in caput decidit, id eſt, pa= rum abfuit, quin in caput meum decidiſſet. id eſt, penè, ſiue propè, ſiue paulò minus, aut minimo minus. Capitur quando uniuerſitatem aliquam deſignamus, ſiue loci, ſiue temporis. Hæc ferè ſunt quæ te ſcire uolui: id eſt, ferè o= mnia. Ferè fit, ut adoleſcentes amentur: id eſt, ferè ubiq; fit. Romani ferè orbem ſubegerant: id eſt, ferè totum or= bem. Pro codẽ accipitur* Temere *apud Quintilianũ ſe culum: Præcox illud ingeniorum genus haud temere ad frugem peruenit. Ita eſt ut qui magna loquũtur, temere non faciant, id eſt, ferè nnnquàm faciant magna.* Lib. 2. ca. 49

Felix, *cui accidit proſperitas.* Proſper, *qui dat fæ= licitatem. Deus, ſydera, fortuna proſpera dicuntur. Ho= mines felices. Proſperè nauigauimus. Gall. nous auons nagé heureuſement. Vento proſpero, amne ſecundo. Sed confunditur ſæpe differentia hæc. Et ualetudinem pro= ſperam dicimus.* Lib. 4. c. 87

Feſtus, *feſta, feſtum, feriatum & celebre. Gall. feſte. ad diem pertinet. Prudentius:* Lib. 4. c. 92

*Salue feſta dies. Vergilius:*

*Quippe etiam feſtis quædam exercere diebus*

*Fas*

*Fas & iura ſinunt*. Feſtiuus, *lepidus, & iucundus. Terent.* O' *feſtiuum caput*. Oratio *feſtiua, id eſt, lepida.*

Lib. 4. c. 97 Ferus, *qui habet animum ferinum*. Horatius: *Nemo adeò ferus eſt, ut non miteſcere poßit.*

Ferox, *animoſus, elatus*. Gal. *felon & hardi*. Terent. *Eo'ne ferox es, quòd habes imperium in belluas?*

Lib. 4. ca. 99 Feſſus, *fatigatus, tam animo quàm corpore*. *Feſſus ſum deambulando*. Gall. *ie ſuis las de cheminer*. Defeſſus. Gall. *qui eſt ſi las qu'il ſe rend*. Laſſus, *ita ut deſiſtat ab inſtituto opere*. Fatigari, *laſſum fieri*. Gall. *ſoy ennuyer en aucune choſe*. Defatigari, *prorſus deficere*. Gal. *ſe faſcher totallemẽt*. Literarum *ſtudio fatigari quidem licet, ſed non defatigari*.

Lib. 5. c. 43 Fingere, *propriè figuli eſt, qui uaſa format ex luto: ſed translatum ad omne opus, quod fit ingenio humano, et artificioſè*. Fingis *te dormire, id eſt, ſimulas*. Finxit *ſe longius ire*. Effingere, *eſt ad exẽplar aliquid exprimere*. Gall. *faire aucune choſe a la ſemblance d'une autre: contrefaire*. Monendi *ſunt ſcholaſtici, ut Ciceronis ſtylũ ſtudeant effingere*. Effigies *ſignum ad alterius ſimilitudinẽ factũ*. Gal. *image & repreſentation, de toute choſe*.

Fictitius, *a, um, adſimilatus*. Gal. *choſe contrefaicte*.

Lib. 1. cap. 4 Ficus, *tam pro arbore, quàm pro fructu duplicis eſt declinationis, ſecundæ aut quartæ*. Pro *arbore ſemper eſt generis fœminini*.

Ficulnea, *non ſignificat arborem, ſed aliquid factum ex tali ligno*. Scyphus *ficulneus, adiectiuum, non ſubſtantiuum*. (Ibidem)

Lib. 5. cap. 30 Fides, *fidei, fida commendatorum executio*. Gall.

*foy.*

*ſoy, credit. Fides tertiæ declinationis, eſt genus citharæ, uel chorda eius.*

Fidicula, *diminutiuum. In plurali numero inſtrumentum torquendi ſontes, in quo uinciuntur. Gal. le cep.* Lib. 1. cap. 5

Fidem dare, *eſt ſanctè promittere. Vergil. Accipe daq; fidem. Dedit illi fidem ſe ducturũ. Gall. il a promis, qui l'eſpouſeroit.* Fidem habere, *eſt credere. Ne uerbis illius fidem habeas. Terent. Forſan paruam hic mihi fidem habet. Fœminis non eſt habenda fides.* Lib. 5. ca. 16

Fidem facere, *eſt facere ut qs credat. Gal. approuuer & faire croire aucune choſe. Huius nunquàm mihi fidem feceris. Fecit mihi pœnitentiæ ſuæ fidem, id eſt, fecit, ùt crederem illum culpæ pœnitere.*

Flagitium, *propriè peccatum eſt in libidine, quaſi flagris dignum. Sed capitur non ſolùm pro quouis peccato, ſed etiam errore.* Lib. 4. ca. 58

Flere, *fit lacrymis: dicitur lacrymare uel lacrymari. Gemere, fit ſonitu præ dolore è pectore erumpẽte. Trãsfertur ad bruta & inanimata.* Lib. 5. ca. 52

Plorare, *fit uoce flebili, & dolorem teſtante.* Plangere, *fit percuſſu membrorum, regit accuſatiuum. Litora dicuntur plangere fluctus.* Eiulare, *fit uoce ſublata, quod proprium eſt fœminis.* Vociferari, *eſt immani uoce aut dolorem, aut indignationem oſtendere.* Lamentari, *eſt uoce querula, & oratione triſti dolorem teſtari.* Lib. 5. ca. 52

Flagitare, *eſt uehementer exigere, & plus quàm poſtulare. Gal. demander inſtammẽt. Quintilianus: Efflagitaſti quotidiano conuicio, ut iam emittere inciperem.* Lib. 5. ca. 58

*cus frequens, urbs frequens.* Gall. *uille fort peuplée.* Fre= *quens actiuè, ſignificat qui frequentat, id eſt, qui aßiduus eſt. Rarus es in ſchola, in luſibus frequens, id eſt, aßiduus.* Tertiò Frequens, *copioſus.* Frequens *populus accurrit,* Frequentes *ciues,* Frequens *Senatus. Circunſtant dextra, læuaq; frequentes.*

Frui, *eſt re aliqua delectari, ſine reſpectu ad alia com*modà. *Summum mihi tui uidendi deſiderium inceßit, ut poßim tuo colloquio frui. Adoleſcens labora, ut ſit, quo ſe nex fruaris. Ita utimur libro non propter ſe, ſed ut diſca*mus. Fruimur *iocis, uoluptatibus, &c. Sapiens iocis, & luſu utitur, ſtultus fruitur: ille iocatur ut non deficiat à labore, hic tantùm ut delectetur.* Vtor, *uide loco ſuo. Hãc differentiam* D. *Auguſtinus luce clarius exponit lib. primo de doctrina Chriſtiana, cap.4.* Frui *enim eſt, inquit, amore alicui rei inhærere, propter ſeipſam:* Vti *autem, quod in uſu uenerit, ad id quod amas obtinẽdum referre, ſi tamen amandum eſt.* Lib.5. cap.

Fretus, *ſignificat confiſus. Tua humanitate fretus. Ibidem Qua re fretus hæc incepiſti? Maximorum uirorum autoritate fretus, id eſt, confiſus.*

Fundus, *eſt pars agri aliquid continens. Singula enim prata, uineæ, horti, oliueta, pomaria, ſalices, arbuſta, paſcua, nemora, loca aucupatoria, piſcatoria, uenatoria, ſiue uillam, atq; ædificium, ſiue piſcinã, ſiue aluearia, ſiue uiuaria habeant, ſiue non habeant, ſinguli fundi ſunt. Si autem tale aliquid ſit in urbe, uico aut caſtello, non in agro,* Prædium *eſt, non fundus: quanquàm & fundus prædium dicatur.* Fundus *igitur eſt ruſtica poſſeßio:* Lib.6.ca.4

*prædium, & ruſtica & urbana poſſeßio, dũtaxat, qualẽ deſcripſi: nam uidetur* poſſeſsio *etiam ſignificare tabernas, hoſpitia, & horrea, quæ non dicũtur prædia, neque fundi.* Fundus, *ſiue fundum.* Gall. *le fond.* Sed propriè *eius rei, quæ aliquid liquoris continet, nauis, uaſis, dolij, ſtagni, aluei, lacus, &c. Sera in fundo parſimonia eſt.*

Futilis: *id eſt, uanus, inutilis, à futio, is, ire.* Gallicè, *languart, bauart.*

*Lib. 5. cap. 5* Fungor, *ſignificat agere, uel adminiſtrare officium. Fungor legatione urbis. Fungor officio iudicis. Fungor prætura. Fungor epiſcopatu. Fungor uita, id eſt, uiuo. Non es probi uiri officio functus.* Gallicè, *tu n' as point fait en homme de bien. Ego amici ſemper officio functus, & cætera mille.* Defungor, *eſt uſq; ad finem fungor. Defunctus uita, qui uita fungi deſinit. Defunctus ſum his laboribus, id eſt, finiui hos labores.* Titus Liuius: *Defuncta morbis corpora, ſalubria eſſe cœpêre: id eſt, finitis morbis.*

G

*Lib. 6. ca. 12* Gaudere, *eſt ſecum, nec reſpicit alium.*

*In Raud.* Gaſtrimargia, *non caſtri, ſignificat nimiam ingluuiem, gourmandiſe, Græca uox eſt.*

*Lib. 1. ca. 26 & 27* Gerundia *hoc differunt à participijs, quòd participia ſignificant tempus ſine adminiſtratione rei: Gerundia ſignificant adminiſtrationem rei ſine tempore: ut, Tenet me cura ſcholæ regendæ: non quæ olim regetur, non enim ſignificat tempus: ſed quam regere debeo. Ergo regendæ gerundium hic eſt, non participium. Contrà, Cruciat me lectionis ſolicitudo dicendæ, participiũ eſt, id eſt,*

*quam*

*quam dicturus ſum. Gerundia habent omnes caſus & genera: Nominatiuum: ut, Iuſiurandum dabitur. Gallicè, on en iurera. Genitiuum:ut, Patris uiſendi gratia, patriã peto. Datiuum: ut, Auarus congerendis nummis inhiat. Accuſatiuum: ut, Inter edendum, tuæ mihi redditæ ſunt literæ. Ad irridendos nos uenisti. Ablatiuum, Tu litibus prouocandis delectaris.*

Gena, *eſt mẽbrana illa qua oculus integitur, & qua conniuemus. Gall. la paupiere.* Cilium, *dicitur quod habet pilos ad arcendum puluerem, ne cadat in oculum. Le bord des paupieres ou il y a du poil. Capitur etiam gena nonnũquam pro mala. Gall. la ioue. nonnunquã pro ipſis oculis, continens pro contento. À gena, dicitur adiectiuũ* genuinus, *& eſt dens qui latet ſub gena. Gall. la groſſe dent macheliere.* Mala, *eſt rotunditas illa in modum mâli infra oculos, quæ rubet cùm pudore afficimur. Cuius interior pars, quæ dentes molares habet,* maxilla *dicitur.* Bucca, *eſt ille follis infra mâlam, qui concipit uentum, Gall. les ioues, ou babines, & in qua indicatur riſus. Dicis quicquid in buccam uenit, id eſt, in os. Buccas habet tuba canentium ſimiles. Gallicè, il a les ioues enflées comme ung trompeteur.* Lib. 4. ca. 5

Generatim, *per ſingula genera: nonnunquam generaliter, in genere.* Lib. 6. ca. 2

Gemma, *dicitur omnis lapillus pretioſus, ſiue perlucidus, ſiue non. Gemmæ autem non dicuntur lapilli, niſi per ſubintellectionem pretioſi. Nam ſi grandes eſſent lapides, pretioſi uocari poſſent.* Margarita *tamen non continetur ſub gemma. uide loco ſuo.* Lib. 6. c. 64

In Raud. Gymnaſium, *eſt locus palæſtræ, in quo nudi exercebantur. Finitis autem ludis, philoſophi in eodem garrire cœperunt.*

Lib.1.cap.11 Glorioſus, *primò gloria plenus: ut, glorioſa uictoria. Secundò, cupidus gloriæ.*

*Tẽpus in accuſatiuo uel ablatiuo.* Grammatici *noſtri putant per ablatiuũ ſignificari tempus continuum: ut, multo tempore te expecto: in multo tempore, non per multum tempus. Sed planè falſum eſt.* Nam *pro eodem accipiuntur.* Hic *ſtertit totis diebus, uel totos dies. Studet totis noctibus, uel totas noctes.* Per *accuſatiuum tamen tantũ ſignificamus ſpatium temporis, non ſpeciem.* Die *dormis, nocte uigilas.* Hyeme *ſtudes, æſtate ludis.* Id *eſt, illa parte anni.* Totam *noctem ludis, totam diem ſtertis.*

Lib.4.ca.37 Gremium, *eſt intra cõplexus femorũ feminum'ue, in quo fœminæ cõcipiunt. Gal. le giron.* Pande *gremium. Gal. fais beau giron.* Sinus, *intra brachia & pectus ſupra cingulum. Gall. l'eſpace entre les bras & la poitrine.* Pueri *lactentes in ſinu ſunt, cùm geſtantur, in gremio.*

Lib.4.ca.42 Grex, *eſt congregatio pecorum paſcentium, ſed minorum: qualia ſunt hircus, porcus, porca, capella, caper, capra, ſus, & ſimilia horum, dicitur grex. Sed tamen uidetur grex nonnunquam accipi pro armento, præſertim apud Vergilium:*

*Aut aliquam in magno ſequitur grege.*

*Adiungit* Horatius *mugientium: Aut in reducta ualle mugientium Proſpectat erranteis greges.*

Lib.4.ca.89 Gratus, *acceptus, qui gratiam refert. Gallicè, aggreable, & eſt etiam in aduerſis:* Iucundus *in proſperis.*

Iu

*ris.* Iucundus, *non qui lætus eſt, ſed qui eſt alteri cauſa gaudij: ut,* Inimicus uictus iucundus eſt nobis, *ſed ille non gaudet.* In iucunditate eſt gratia delectationis: In gratia, *eſt etiam commodi delectatio.* Exemplum, *in quo utrunq; uideas:* In ſecundis rebus, *nihil mihi fuit tua familiaritate iucundius: nunc item in afflictis, nihil tua conſolatione gratius.* Eſt *quidem pueris remißior magiſter iucundior: ſed in poſterum gratior erit, qui ſeuerior fuerit.*

Gradum facio, *ſiue, ut quidam, iacio: eſt facere gradum, unde ad altiora & maiora ſcandimus: ut, ſi quis cupiat feneſtram aſcendere, per ſaxum, aut tripodem gradum iacit, ex quo aſcendat.* Cùm Grammaticam didiceris, *puta te gradum feciſſe ad cæteras artes.* Nondum *me omnia confeciſſe, ſed gradum ad alia iactum exiſtimate.* Gallicè, *Ne penſes que i'aye encores tout fait, mais ſeulement i'ay fait mon entrée pour paruenir aux autres.* Lib. 5. ca. 26

Gratiam habeo, *animo.* Gratias ago, *confeßione & dicto.* Refero gratiam, *facto: & capitur tam in bonum, quàm in malum.* Etſi *tuis cumulatißimis in me beneficijs dignas gratias referre non poſſum, agam certè, quoties licebit, habeboq; ſemper dum uiuã.* Petro, *meo nomine, maximas gratias age.* Gall. *remercies le en mon nom.* Ei *qui inuitus benefacit, nulla habenda eſt gratia.* Barbari *dicunt regratior, regratiamini: & quid ineptius? dicendũ eſt,* Habeo *uel ago tibi gratias.* Grates *pro gratia, apud poëtas inuenire eſt pro neceßitate metri.* Lib. 5. ca. 41

Gratulari, *eſt uerbo teſtificari te de aliena felicitate gaudere, uel gratulari ipſi de re pro uoto geſta.* Itaque Lib. 5. ca. 42

poteſt gratulari, qui tamen tacitus doleat: Sicut gratias agere poteſt, qui non habet. Gratulor tibi te incolumem rediiſſe. Gratulor mihi hoc me eſſe natum ſeculo. Gratulor his manibus, quæ me ſolæ hactenus aluerunt. Gratulamur etiam dijs, id eſt, gratias agimus, pro fœlicitate acceptα: ut in triumphis, aut ſimilibus. Gratari, idem eſt quod gratulari: ſed uſitatius apud hiſtoriographos.

Lib. 5. ca. 76 Gratum facere, eſt ferè obſequi. Gal. faire plaiſir. Cicero: Si hunc iuueris, gratiſsimum mihi feceris. Gratificari, idem propriè ſignificat: niſi quòd hoc paulò maius. Deus gratificatur hominibus, non gratum facit. Gratificari regit datiuum cum accuſatiuo, ſed accuſatiuus ſæpe omittitur.

Lib. 6. cap. 8 Grauis, propriè oneroſus. Gal. peſant. graue ſaxum. Transfertur ad alia: Grauis labor, contumelia, damnum, iactura, morbus, & ſimilia. Unde & uiros conſtantes, graues dicimus, qui non facilè mouentur. Leues enim, qui ad omnem ſtatum uentilantur. Accepi à uiro grauiſſimo, id eſt, honeſto. Grauitas, eſt conſtantia, & probitas. Leuitas, eſt nimia facilitas.

Lib. 6. ca. 20. Gregatim, per greges, agminatim, turmatim.

## H

Lib. 5. ca. 97 & 98. Habere orationem, non facere. Facere ſermonem, uix unquam habere. Facere uerba, non habere. Sed tamen nonnunquam Habeo nouo modo accipitur. Cicero: Tantum habeo polliceri. Idem: Audire habeo, quid hic ſentiat: id eſt, audiendum, pollicendum eſt mihi. Habeo conuenire Petrum, id eſt, Petrus mihi conueniendus eſt.

Hei

Hei,*interiectio dolentis,datiuum poſcit.*Naſo: *Lib.2. ca. 11*
*Hei mihi,quòd nullis amor eſt medicabilis herbis.*

Heu *accuſatiuum,ſiue nominatiuum poſtulat:*
*Heu miſeram me.* Vergilius,*Heu pietas.* *Ibidem*

Eheu,*ſine caſu ponitur.* Vergilius,
*Eheu,quid uolui miſero mihi?*

Heſternus,*non ſolùm ſignificat diem qui heri fuit, ſed quemlibet præteritum,*Heſternum *holus. Gal. herbes cueillées de deux ou trois iours, trium aut quatuor dierum.* Heſternum *ius, quod remanſit præteritis diebus. Gall.le brouet dés iours paßés.* *Lib.2.cap.33*

Hiſtrio, *qui perſonatus in ſcena tragœdias,uel comœdias agit.* Idem dicitur actor. De mimo, *uide loco ſuo.* *Lib.4. ca. 31*

Hiare,*aperiri,diduci rimis.Gall. eſtre entreouuert, ou bailler,ut terra æſtu,& ligna ariditate hiant.*Hiſcere,*eſt os aperire ad loquendum,ſed ferè per negationem: Hic quidem ſatis procax es,uerùm ſi ſoli ſimus, ne hiſcere quidem audeas.Gall.Tu n'oſerois ouurir le bec.* Dehiſcere,*eſt terram ſe aperire deorſum,ad abſorbendum aliquid.* Vergilius: *Lib.5. ca. 15*
*Sed mihi uel tellus optem prius ima dehiſcat.*

Hippodromus,*eſt uia lata, per quam multi poſſunt unà currere,uel potius in quo equi currere ſolent.* In Raud.

Holus, *eſt herba quacunque ueſcimur.* Holitor, *holitoris,eſt cultor horti,quem quidam hortulanum uocant.* *Lib.3. cap.9*

Hortus,Gal.*iardin, habet tam ſingularẽ quàm pluralem numerum.* Hortus, *quando ſignificat locum arbo-* *Lib.1. cap.6 & lib.3.ca.9*

*ribus conſitum. Gal. ung parc: caret ſingulari numero.*

Lib.4. ca.82 Hoſpes, *eſt qui in aliena uel domo, uel ciuitate eſt: ſignificat autem tam eum qui excipit, quàm qui excipitur. Ouidius: Non hoſpes ab hoſpite tutus. Sed hoſpes propriè amicitiæ cauſa accipit, non mercede. Inde* hoſpitales *dicimus.* Hoſpitium, *& priuatum, & publicum dicitur. Idē eſt diuerſoriū, uel taberna meritoria.*

Peregrinus, *uide loco ſuo.*

## I

Lib.2. ca.47 Iam, *pro tunc, ſiue deinde: ut, Quum omnem Grammaticam ſtudioſè percurreris, iam tibi ad cæteras artes eundum eſt. Quando pueri uoluptatem literarum guſtare cœperint, iam ferula non opus eſt. Coniungit membra orationis. Vergilius: Iam maris immenſi prolem, & genus omne natantum. Iam uarias pelagi uolucres. Conſiſtere in loco nequis, Iam Louanium proficiſceris, illinc* Romam *abis, iam rurſum huc redis. Iam uerò, idem ualet.*

Ibidem Iamiam, *pro mox. Gal. tout à ceſte heure, dés maintenant. Comprehendit Ioannem fortè iamiam abiturum. Secundò, per indignationem, aut miſerationem. Iamiam uideo, qui ueri amici fuerunt. Gallicè, or maintenant congnois ie.*

Lib.3. ca.61 Id quod, *interdum pro quod ponitur, & quidem eleganter. Video te literarum ſtudioſum, id quod ſemper amaui.*

In Raud. Ignauia, *eſt uitium cōtrarium fortitudini, quo quis aggrediēda præ formidine non aggreditur. Gal. laſcheté.*

Ilex

Ilex, *multum differt à* quercu. *Eſt tamen glan-* **In eundem** *difera.*

Inſtituta *ſignificant primò cœpta, & propoſita.* **Lib.4.ca.11** *Non eſt prudētis facilè ab inſtituto deflecti. Ad inſtituta redeamus, id eſt, ad ea quæ cœperamus. Secundò, mores bonos ratione & conſilio ſumptos. Optimū eſt nos iam inde ab infantia optimis inſtitutis formari: id eſt, optimis uitæ moribus.*

Inſtitutiones, *id eſt, rudimenta doctrinæ. Gallicè,* **Ibidem** *enſeignemens & doctrines. Vnde ſunt libri Inſtitutionū, id eſt, præceptorum ab ipſis elementis.*

Indulgere, *eſt molliter, delicateq; tribuere, & ſo-* **Lib.4.ca.18** *nat uitium: ut, fœminæ ſolent plerunq; indulgentius educare liberos. Indulgendum eſt pueritiæ, id eſt, concedendum. Gall. il fault ſupporter enfance.*

Indulgentia, *mollis permiſſio. Gal. bandon. Videte* **Ibidem** *ne mea indulgentia abutamini. Pueri magiſtros qui indulgentiſſimi ſunt, amant maximè. Gallicè, lés enfans ayment les maiſtres qui leur donnent plus grand bandon, ou qui leur ſouffrent tout faire.*

Indulgere, *eſt dare operam ferè in malum.*

Indulgere otio, *à negotijs uacare. Gallicè, s'abandonner à oyſiueté.*

Indulgere ſomno, *ſuauiter dormire. Gal. s'abandonner à dormir.*

Indulgere inertiæ, *dedere ſe inertiæ. Gal. s'abandonner à pareſſe & nonchallance.*

Indulgere uino, *gulæ, delicatè intendere potationibus. Gall. s'abandonner au uin, & à gourmandiſe.*

*Indul*

Indulgere uoluptati, ſectari uoluptatem.

Indulgere luſibus, nugis, ludo, & friuolis intentum eſſe. Gal. s'abandonner à ieux, & à folies. Barbari tamen utūtur indulgere pro ignoſcere. Sed rectiſsimè Ignoſcimus culpam iam factam: Indulgemus, uel concedimus, ut culpa admittatur.

Lib. 4. ca. 46 Indoles, eſt quædam generoſitas animi, indicās uel futuram, uel præſentem uirtutem. Adoleſcentibus bona indole præditis ſapiētes ſenes delectantur. Dicitur mala indoles, mala natura. Gall. mauuaiſe nature.

Lib. 4. ca. 54 Incola, eſt qui peregrinus habitat in aliena terra, ſeu urbe. Et ſic opponuntur ciuis & incola. Inquilinus, qui habitat in domo conductitia, & quamuis ſit ciuis, tamē quia in alieno priuato ſiue prædio, ſiue domo habitat, inquilinus eſt. Gall. ung locatif, ou louagier. Atq; idcirco dominus ædium, & inquilinus, contraria ſunt. Accola, uide loco ſuo.

Lib. 5. cap. 1 Inſtruere, non ſignificat, ut imperiti uolūt, docere, ſed apparare. Gal. appreſter, mettre en ordre, fournir, garnir, Inſtrue menſam. Inſtrue exercitū. Inſtrue claſſem, id eſt, para his neceſſaria. Sic & patronum inſtruimus ad agendum cauſam.

Lib. 5. cap. 2 Inuenire, comperire. Gal. trouuer, ſiue fortuitò, ſiue conſilio. Reperire, uide loco ſuo.

Lib. 1. ca. 21 Inuidioſus, paſsiuè, ſignificat, cui alij inuidēt. Gall. homme fort enuié, à qui pluſieurs portēt enuie. Præſtat inuidioſum eſſe, quàm miſerabilem. Inuidia eſt dolor de aliena felicitate.

Lib. 2. ca. 49 Interim, pro aliquando poſuit Quintilianus.

Infra,*refertur ad dignitatem, & ad locum : Infra te* Lib.2.cap.53 *eſt.Infra terram.Gallicè,ſoubz la terre.Intra refertur ad numerum & ſpatium. Intra uiginti dies,non infra. Intra muros: Gallicè, dedens les murs. Horatius, Iliacos intra muros peccatur,& extra.Intra relatiuum habet,Extra: Infra, Supra.*

Inuicem,*per uices.Gal. l'ung apres l'autre, chaſcũ* Lib.2.cap.55 *ſa fois. Inuicem loquamur, id eſt, me loquente uos tacete:* & 3.cap.74 *uobis loquẽtibus ego tacebo.Secundò inuicem, id eſt, mu tuò. Inuicem mordentes, Inuicem obloquentes uel inui-dentes. Tertiò inuicem, id eſt, uiciſsim,id eſt,è contrario, uel ex aduerſo:Gall.de ton couſté,ta fois.Reddidi tibi tuũ codicem, nunc tu meum inuicem reſtitue.Habes meas lite ras, fac inuicem ut tuas uideam.*

In æs inciſæ *ſunt literæ, leges, ſemper inuenitur:* Lib.3.cap.16 *non in ære. Cætera omnia in ablatiuo, ut in auro,in lapi de,in gemma.*

Interdico tibi aqua & igni, *non aliter dici po-* Lib.3.ca.39 *teſt in actiuo.In paßiuo dici poteſt, Tibi interdictum eſt aqua & igni. Aqua & igni interdictus es.*

Incumbere *dicimur, cùm intentè aliquid agimus.* Lib.3.ca.44 *Gal.s'appuyer à quelque,choſe,ſoy mettre du tout à fai-re aucune choſe.Transfertur ad animũ:ut,incumbe lite-rarum ſtudijs: uel, in literarum ſtudia : uel, ad literarum ſtudia. Capitur & in malam partem. Incumbit in meam perniciem. Gall.il ſemploye du tout à me faire deſplaiſir. Il eſt du tout intentif à me deſtruire.*

Inceſsit *mihi cupiditas uiſendi patris: id eſt, ſubijt* Lib.3.ca.45 *cupiditas. Inceßit me Petrus, id eſt, offenſurus me petit*

*& ac*

*& accuſat.*

Lib.3.ca. 61 In diem, *in horam, cum hoc uerbo* VIVIT, *iunguntur, & ſignificant ſine prouidentia, uel ſine ſolicitudine craſtini, id eſt, futuri. Feræ in diem uiuunt. Formicæ non in diem uiuunt, quia æſtate, hyeme duraturos reponunt uictus. In dies, in horas, id eſt, ſubinde. Gall. d'heure en heure, de iour en iour: ſed cum quodam incremento. Hoc inter uoluptatẽ turpem & honeſtam intereſt, quòd illa in dies amareſcit, hæc in horas fit ſuauior.*

Lib.3. ca.71 In primis, *id eſt, inter primos. Amo hũc, utpote hominem in primis literatum, id eſt, inter primos.*

Lib.3.ca. 73 Intercedere, *id eſt, medium eſſe, uel medium uenire. Summa mihi cum patre tuo familiaritas intercedit, id eſt, media eſt inter me & patrẽ familiaritas. Intercedit mihi tecum affinitas. Secundò, Interceßit tribunus, id eſt, medium ſe poſuit, & impediuit. Iam matri perſuaſeram, niſi pater interceßiſſet.*

Lib.3.ca. 82 In mentem mihi uenit huius rei, *uel* hæc res, *Occurrit mihi parẽtis conſilium, Succurrit mihi fratris abeuntis admonitio, Subijt mihi: idem ſignificant, niſi quòd ſubijt, miſerationem quandam habet præter cætera.* Ouidius:

*Cùm ſubit illius triſtißima noctis imago.*

Lib.4.ca.111 Infenſus, *id eſt, ualde iratus.* Omnes *amicos tua cauſa infenſos habeo, id eſt, offendi omnes.* Infeſtus, *id eſt, moleſtus. Quid me infeſtas? id eſt, cur moleſtia afficis?* Ouidius:

*Infeſtumq; mihi ſit ſatis eſſe Iouem.* Offenſus *illi, dixit Suetonius, pro iratus.*

Inuer

Inuertere, *in diuerſum uertere, tourner à l'enuers. Solent uiatores, orta pluuia, inuerſa toga ambulare. Inuertere uerba, in contrarium uertere. Gallicè, tourner les mots à rebours, ut pro luuo uola. Interuertere. Gallicè, ſoubtraire, eſt rem commodatam, aut depoſitam, aut creditam, dolo, ne domino reſtituatur, efficere.* **Lib.5.ca.23**

In manu ueſtra, *In manibus ueſtris, id eſt, in poteſtate ueſtra. Gallicè, il eſt en uous. In manibus noſtris uictoria eſt. Vita tua in manu mea eſt. In manibus eſt. Gallicè, il eſt entre mains. Duos libros abſolui, tertius in manibus eſt. Seneca, Ingens negotium in manibus eſt, id eſt agitur.* **Lib.5.ca.34**

Inſignis, *nonnunquam in malam partem accipitur. Inſigne ſcelus, id eſt, immane. Inſignis ſtultitia. Inſignis latro. Inſignis audacia, &c.* **Lib.5.ca.35**

Ingredi, *primò intrare. Ingreſſus mare. Ingreſſus ſcholam. Secundò eſt ambulare, non ad locum, ſed in loco. Hic prius mentiri nouit, quàm ingredi. Gallicè, ceſtuy a premier apprins à mentir, que à marcher. Pueri ubi primùm ingredi cœperint, maximè nutricis cuſtodia egent.* **Lib.5.ca.39**

Inueſtigo, perueſtigo, *ſignificant ueſtigando inuenire. Nihil tam difficile, quin quærendo inueſtigari poßit, id eſt, inueniri.* Veſtigare, *eſt quærere, etiam ſi non inuenias. Gall. cercher à la traſſe.* **Lib.5.ca.45**

Inire gratiam, *eſt aſſequi fauorem. Inire non iungitur ferè niſi rebus aliquid momenti habẽtibus, grauibus, & non minutis. Ineo rationem. Ineo fœdus. Ineo pacem. Ineo ſocietatem, bellum, pugnam, uiam, &c. Nam ineo prandium, cœnam, dormitionem, non ita ritè dicuntur.* **Lib.5.ca.54**

*Ineunte*

*Incunte ætate, uere, hyeme, pueritia, &c. rectè dicuntur: ſed non incunte die, nocte, hora, &c.*

Lib.5.ca. 55. Ingurgitare, *eſt obruere, ſed propriè cibo, aut potu intemperante. Cicero: Cùm ſe cibo ingurgitaſſet.* Non *uſurpatur niſi reciprocè: non enim dicitur,* Petrus ingurgitauit Ioannem uino.

Lib.5.ca.59 Inelaboratus, *a, um, quod artificio non ſatis excultum eſt, & uitio datur.* Elaborata oratio, *id eſt, exacta & pulchra.* Illaboratus, *quod ſine labore factum uidetur.* Gal. *Choſe faicte ſans labeur.* Vt, *Ciceronis ſermone cum nihil ſit cultius, fluit tamen illaboratus.*

Lib.5.ca.61 Interrogamus *noſcendi cauſa:* Percontamur *arguendi gratia:* Sciſcitamur *ſciendi cauſa.*

Lib.5.ca.68 Indicere, *eſt denuntiare.* Indicere bellum, Indicere *ſpectaculum, id eſt, denuntiare finitimis futurum ſpectaculum.* Indixi bellum *uoluptatibus.*

Lib.5.ca.69 Intercludere, *eſt impedire progreſſum.* Gal. *enfermer, ou couper le chemin.* Excludere, *eſt prohibere ingreſſum, aut eijcere.* Intercludo, *id eſt, iter impedio.* Vergilius, *Intercluſit hyems, & terruit Auſter euntes.* Pro eodẽ *dicitur* Interſcipio, *interſepſi, interſeptum.*

Lib.5.ca.79 Incedere, *eſt ingredi: ſed propriè cum quadam pompa & faſtu.* Gallicè, *aller le pas, ſe marcher.* Seneca: *Tenero ac molli paſſu ſuſpendimus gradum, nec ambulamus, ſed incedimus.* Inde *inceſſus.* Gall. *pas d'abbé ou d'eueſque.*

Lib.6.cap.9 Inficias ire, Inficiari, *pro eodem accipiuntur: & ſignificant negare dicto, non facto.* Gall. *renier.*

Inficiator, *eſt qui negat crimen obiectum, aut negat*

*ſe pe*

*ſe pecuniam debere,quæ petitur. Vnde ſtatus coniecturalis dicitur inficialis,in quo reus ſemper inficias it crimen obiectum.* Negamus,*etiam facto.*

Inciſum,*id eſt, minutatim.* Inciſio membrorũ, *circuitus,ambitus,ſiue comprehẽſio,ſiue circunſcriptio, ſiue continuatio,quæ Græcè dicuntur commata,côla,periodi.* Inciſum, *eſt ſenſus nõ expleto numero cõcluſus, plerunque pars membri:ut,* Domus *tibi deerat?at habebas.* Pecunia *ſuperabat?at egebas.* Fiunt *autẽ ex ſingulis uerbis inciſa.* Membrum, *eſt ſenſus membris concluſus,ſed toto corpore abruptus,per ſe nihil efficiens.* Lib.6.ca.10

Innocuus,*aut* innoxius,*id eſt,innocens,qui non nouit nocere, aut nõ nocuit. Seruius dicit innocuum eſſe, cui non nocetur,ſed errat.* Nocens, *eſt qui ab honeſto recedit, etiam ſi non noceat.* Lib.6.ca.17

Inſtar, *non ſignificat ad ſimilitudinem,ſed ad menſuram,& æquiparationem:regit autem genitiuum : nec habet* A D *ante ſe,ut quidam barbari ſomniãt.Ignis inſtar, fulguris inſtar, clypeus inſtar ſolis.* Bucca *inſtar mammæ, id eſt, tanta eſt quanta eſt mamma.* Lib.6.ca.18

Infronitus,*non dicitur ſine fræno,ſed ſine prudentia,& ſenſu.Gal.imprudent,indiſcret.* φρονῶν *enim Græcè,prudens dicitur.*Eccleſ. XIII.*Animo irreuerenti,& infronito ne tradas me.* Infrænis *ſiue* Infrænatus, *pro intemperanti inuenitur.* In Raud.

Inſula,*primò eſt quæ mari cingitur.Secundò domus quæcunque, quæ uia cingitur: nec eſt alijs ædificijs contigua, ita &* Peninſula. In Raud.

Imputare, *eſt in rationem uocare, ſine acceptum ferre.* Lib.6.ca.44

*ferre. Gall. Mettre ſus à aucun. Et capitur nonnunquam in bonum.* Deputare *eſt putare. Gallicè, faire compte.*

Lib.1.cap.21 Imperioſus, *qui oſtentat imperium, ut tyranni.*

Lib.3.ca.95 Impono, *cum datiuo & accuſatiuo ſignificat ſuprà pono. Gal. charger. Ne imponas mihi tãtum oneris, quia non feram. Imponere cum datiuo tantùm, aut ſine caſu, ſignificat decipere. Quid negotij eſt deliro ſeni imponere? id eſt, decipere. Et in Geneſ.* X X X I. *Iacob ad Laban: Quare impoſuiſti mihi? Facile eſt barbato imponere regi. Gallicè, Il eſt aysé d'abuſer.* Impoſtores *per ſyncopen, qui pollicitationibus ingentibus, & arte alios fallunt. Abuſeurs.*

Lib.5.ca.23 Impertio, *tis, tire, ſignificat communicare & impẽdĕre. Gallicè, Communiquer, & faire part. Et dicitur, Hanc rem tibi impertio: &, Hac re te impertio. Generoſi animi eſt, ea quæ didicit, alijs candidè impertire. Hoc intereſt inter diuitias, & literas: illæ ſi impertiantur amico, decreſcunt: hæ impertiendo augentur. Dicitur, ut quidam uolunt, Impertior deponentaliter, ſed elegantius & tutius actiuè impertio, paßiuè impertior.* Partior *ferè deponentaliter dicitur, & ſignificat quæque in ſuas partes diſtribuere. Cauſam partiri in digitos, eſt diſtinguere.*

Lib.4.ca.16 Imbrex, *eſt tegula curua, per quam aqua effluit.*

Iocus ioci, *uel ioca iocorum. Gall. ſornettes, ieu, fit uerbis propriè. Nonnunquam luſus dicitur.*

Iocari, *non ſeriò loqui eſt. Gall. dire ſornettes, & habet contrarium, ſerium. Seriò dicis, an ioco. Gall. Dis tu à bon eſcient, ou ſi tu te mocques? Sanè ſeriò. Tu ſeriò dictum*

*ctum accipis,at ego iocabar.*

Iſte,Ille,& Hic,*hoc modo differũt,Hic adoleſcẽs:* Lib.2.cap.4 *id eſt, qui apud me eſt : iſte, qui apud te eſt:ille, qui apud neutrum noſtrum eſt, ſed ab utroque remotus . Eandem naturam habent aduerbia nata ab his pronominibus:Ab hic, hìc, huc, hinc , hâc, horſum. Ab iſte, iſtic, iſtinc, iſtuc,iſtac, iſtorſum, iſtò. Ab ille,illic, illuc, illinc, illac, illorſum, illò . Vt ſi ſcribas ad quempiam habitantem Dauentriæ, & tu ſis Gaudæ, Iam pridem iſtuc( Dauentriam)profectus eſſem,niſi me hìc(Gaudæ) ocupationes meæ detinuiſſent. Sed tu matura iſtinc (à Dauentria)te mouere, atq; huc ( Gaudam) aduolare, ut poßimus unà illò (Louanium) quò decreuimus ire.*

Is, & hic, *penè idem ſignificant, & maximè utimur* Lib.2.cap.5 *eis, ſi præcedat aut ſequantur relatiuum* QVI*: ut, Qui ueſtrum eſt ſtudioſißimus,is mihi charißimus. Qui nihil cupit,hic ſanè diues eſt : non dicendum, ille diues eſt, niſi fortè à poëtis, uel à ſacris doctoribus. Et hoc, uel Et id, uehementiam ſignificant: ut, Omnes liberales artes aſſequutus eſt,& id in pueritia:uel,& hoc.In maſculino aut fœminino genere uidetur potius utendum ea,uel is,quàm hic & hæc:ut,Pauca mihi ueſtis eſt,& ea detrita,& ſordida : potius quàm,& hæc.*

Is,& Idem,*hoc differunt,*IS *poteſt poni cum con=* Ibidem *iunctione copulatiua,* IDEM *non poteſt:ut,Quemcunq; ad locum ſeceſſeris,ad eum te ſequar, non ad eundem: eò quòd* IDEM*, habet in ſe uim copulatiuam. Tamen hoc Laurentius non audet affirmare.*

Item. *Gallicè, außi,id eſt, ſimiliter . Nulla tibi à me* Lib.2.ca.50

*orietur iniuria,nec item ego abs te feram.* Itidem.*Gal. pareillement:id eſt, per omnia ſimiliter. Liberi perditis parentibus perditè educati,itidem & ipſi perditè uiuant neceſſe eſt.*

Lib.2.ca. 54 Ita,*inuenitur pro ualde.* Quintilianus:Nec res eſt ita *magni laboris,aut temporis.*

Lib.5.ca.71 Iter facere.*Gall.cheminer.* Iter habere, *iter facturum eſſe.* Viam facere, *eſt ubi non erat tranſitus, uiã aperire.* Viam munire, *eſt reparare ac ſubſtruere,interdum lapidibus.* Munire alueum, *reparare. Gall.pauer le canal du fleuue. Munire ripam, fulcire & reficere.Gal.faire dés chauſſées:ut fit in terra* Hollandia *ſæpe,propter impetus aquarum.*

Lib.4.ca.36 Iugulus,*anterior pars colli.Gallicè,le gouſier.* Fe-
& in Raud. *rire iugulum,petere iugulum,eſt inferre mortem.Iugulus in maſculino dicitur.* Iuuenalis:

*–Tenui iugulos aperire ſuſurro.*

Lib.4.ca.40 Iuuenta,*eſt ætas iuuenilis,ſeu dea iuuentutis.*

Iuuentus, *uel ætas, uel frequentia iuuenum. Læta iuuentus.* Romana *iuuentus uniuerſa in bellum pergere iuſſa eſt.*

Lib.4.ca.43 Iugum,*eſt ipſa arduitas mõtis,& procliuis ac prona ſupinitas.*

Lib.4.ca.48 Ius,*generalius eſt quàm lex,eſt enim* Ius *gentium &* Ius *ciuile.ſunt* leges, *plebiſcita, ſenatuſconſulta, decreta principum, reſponſa prudentum.* Naturale *diuiditur in religionem,pietatem,gratiam,uindicationem: obſeruantiam,& ueritatem.*

Lib.1.cap.7 Iuſſus,*iuſſus,iuſſui,in ſingulari numero : Iuſſa, iuſſorum*

*ſorum heteroclitum eſt. Quid confers in me culpam? iuſſu tuo eſt actum. Gallicè, pourquoy m'en charges tu? il a eſté faict par ton commandement. Iuſsis tuis libens parebo, id eſt, obediam, non iuſsibus dicendum. Iniuſſu meo factum eſt.*

Iugerum, *heteroclitum eſt, in ſingulari neutri generis, ſecundæ declinationis, in plurali tertiæ declinationis. Eſt autem ſpatium terræ ducentorum decem pedum in longitudinem, dimidij in latitudinem.* Lib.1.cap.7

Iucundus, *uide Gratus.* Lib.4.ca.89

Iuſtitium, *eſt quando clauſo foro, ius non dicitur. Vacations.* Lib.5.cap.6

Iubere, *ſignificat præcipere. Gallicè, commander. Iuſsit magiſter ut abeas aliquò. Iuſsit ad ſe redire. Secundò monere. Iube Petrum bono animo eſſe. Iube fratrem ſaluere. Iuſsit me pater bene ſperare, id eſt, hortatus eſt, ut bene ſperem.* Lib.5.ca.68

Iuba, *eſt id quod galeæ imponitur inſtar iubarũ aut leonis, aut draconis, aut equi.* In Raud.

## L

Labo, *as, are, prima breui, ſignificat repẽtè cadere: inde* labaſcere, & labefactare, & labefacere. *Terentius: Omnes dentes labefecit mihi.* Lib.5.ca.59

Labor, *laberis, priore longa, ſignificat non repentè, ſed ſenſim deſcendere. Aues labuntur, piſces in aqua, anguis, muræna, & quicquid motu lubrico eſt, labitur. Gal. gliſſer, ou eſchapper en gliſſant. Labi à labor laberis.* Laborare, *à nomine labor.*

Lamentari, *uide in* Flere.

Lib.5.ca. 14 Laceſſo, *is,cre,eſt prouocare, & capitur uſitatius in malum,elegantius in bonum.Laceſſere bellum dicitur qui prouocat ad bellum.* Gallicè, *ſemer diſſenſion, ou la guerre.Sapiens nemini nocet,niſi laceßitus iniuria.* Pro*uoco,uide loco ſuo.*

Lib.4.ca.99 Laxus,Gallicè, *laſche, flexibile,molle. Laxi funes, laxi nerui, laxæ chordæ,laxi loculi.*

Ibidem Laxare,Gall.*laſcher,eſt remittere.*

Ibidem Laſſus,Gal.*las,tam ad animum,quàm ad corpus refertur.Laſſus ſum te audiendo.*

Laſſare,*fatigare.Gallicè,laßer.*Non *poteſt auarum pecuniarum ratio laſſare unquam.*Gall. I*amais ung auaricieux ne ſe laſſe de compter argent.*

Lib.4.ca.79 Latibula,*ferarum ſunt:*Latebræ,*hominum ſunt propriè:tamen confunditur ſæpe differentia hæc.*Vide *ne quæratur latebra culpæ, id eſt, excuſatio culpæ.* Veri*tas non amat latebras.*Quod *barbari dicunt,*V*eritas nõ quærit angulos.*

Lib.4.ca.44 Lamina,*eſt tabula æris,ſed denſior,quàm ut crepitet,ut ex ſtanno, ære, plumbo.*Gall. *une lame.*Bractea, *idem : ſed tam tenuis, ut crepitet, aut certè tam tenuis,ut crepitare non poßit, ut qua nos inauramus libros.* Gall. *Vne plate d'argent,ou d'or,une fueille d'or.*

In Raud. Laſciuus,*eſt ſermone,& uita molliculus.*

Lib.6.ca. 12 & in Raud. Lætum,*quod aſpectu lætitiã promit.* Gaudens, *in animo eſt : unde uultus lætos dicimus, non gaudentes. Transfertur autem ad inanimata,& bruta: lætæ ſegetes, oues,boues,uites,arbores,&c.pulchræ,& ualentes.*

Leges,

Leges, *ſunt regum inſtitutiones, aut liberi populi ſcita: unde & rogationes uocantur, eò quòd de lege ferenda populus rogari, id eſt, interrogari ſoleat. Ius, uide loco ſuo.* Lib.4.ca.84

Leuare, *primò in altum tollere. Gall. leuer. notum eſt. Secundò, eſt moleſtiam minuere. Gallicè, ſoulager. Tu calamitatẽ meam tuo auxilio magna ex parte leuaſti. Leuamur morbo. Fac ſæpe ſcribendo, meum tui deſyderium leues.* Subleuare, *eſt auxilium præſtare. Omnes te grauant, ego paulùlum ſubleuabo. Gall. Chaſcun t'en ueult, mais ie te ſoulageray ung peu.* Lib.5.ca.88

Liburnæ, *ſunt naues longæ non ad impetus faciendos factæ, ſed magis ad laceſſendum & fugiendum, etiam celeriores cæteris. Horatius: Ibis Liburnis inter alta nauium Amice propugnacula.* In Raud.

Linter, *eſt nauicula ex una arbore cauata.* In Raud.

Limus, *lima, limum, qui aſpicit oculis ſemiclauſis. Vnde prohibet Quintilianus, oratores oculos habere limos.*

Libripens, *eſt qui libram tenet, cum quis ſeruus manumittitur.* In eundem

Litare, *eſt ſacrificijs deos propitios impetrare, hoc eſt, cùm aues addicunt, aut exta bene promittũt: ut frequẽtius legimus, duces cùm ſacrificaſſent, litare nequiuiſſe.* In eundem

Lictor, *eſt miniſter Conſulis, proconſulis, præſidis, prætoris, qui faſcem uirgarum alligatum ſecuri præferebat.* Lib.1.cap.45

Licet, *idem quod quamuis. Vide de hac cõiunctione in* ETSI. Lib.2.ca.12

Lib.3.cap.6 Litera, *in ſingulari ſignificat elementum, ut a & b: in plurali epiſtolam tantùm: atque in hoc differunt: dicimus unam epiſtolam, non unam literam, ſed unas literas. Item duas epiſtolas dicimus, non duas literas, ſed binas literas: &, ut breuiter dicam, literæ exigit numerum diſtributiuum, epiſtolą cardinalem. Cùm autem ſit oratio, literas efferimus per numerum pluralem, hoc modo: Accepi binas abs te literas: quarum alteris iam reſpondeo, alteras nondum perlegi. Per epiſtolam ſic: Accepi duas epiſtolas: quarū alteri pridem reſpondi, alteri nunc reſpondeo.*

Lib.3.cap.8 Liberi, *pro filio ſingularem omnino non agnoſcit: non tamen dicitur, terni mihi ſunt, ſed tres liberi: non unos, ſed unum in alienam familiam dedi: non alteros, ſed alterum Louanium mandaui: non tertios, ſed tertium mecum teneo. Propterea quòd ſubintelligatur hîc in iteratione* FILIVM, *quod in* LIBERIS *non fit. Liberum tamen pro filio, Quintilianus, Paulus, & Caius poſuerunt. Et liberorum nomine continentur & filiæ.*

*Liber pro filio.*

Lib.4.cap.1 Libertus & Libertinus *differunt. Libertinus habet correlatiuum Ingenuum. Libertus Patronum. Cuius libertus? Cæſaris, meus: non, cuius libertinus? Libertinus conditionem ſignificat, libertus etiam reſpectum priuatum. Item libertus, liberta, ſubſtantiuum eſt, libertinus adiectiuum, ſicut & ingenuus. Libertabus dicitur: libertinabus non dicitur, ſed libertinis. Præterea poteſt deſinere eſſe libertus, ſcilicet mortuo patrono: libertinus eſſe deſinere nō poteſt. Libertinus, qui iuſta ſeruitute ma-*

*numiſſus*

*numiſſus eſt.* Ingenuus, *qui ex liberis parentibus natus nunquàm fuit ſeruus.*

Licentia, *in uerbis ſemper in malam partem capitur, ſcilicet pro temeritate loquendi quæ uelit. In factis penè ſemper in malū accipitur, nonnunquam in bonum. Eſt autem licentia impunita facultas loquendi, uel agendi quæcunque placent. Terent. Deteriores omnes ſumus licentia. Data eſt mihi facultas abeundi uel poteſtas, rectius dicitur, quàm licentia.* Lib. 4. ca. 17 & 18

Libertas. *Gal. liberté & franchiſe de parler. Accipitur in bonam partem, quæ ſeruituti contraria eſt. Dic liberè, ſi quid te mouet. Gal. dis franchement s'il y a quelque choſe qui te meut. Quintilianus: Quæ in aliis libertas eſt, in aliis licentia uocatur.* Ibidem

Liceri, *ſeu* Licitari, *eſt offerre pretium, Offrir, mettre à pris quelque choſe, ut fit in uenditione publica ſupellectilis: id eſt, in auctione. Nihil emere cupit, qui rem minoris dimidio pretio licetur. Gal. il ne ueult rien acheter, qui offre moins de la moytie de ce que uault la choſe.* Lib. 5. cap. 28

Polliceri, *eſt ſpōte & ultro aliquid promittere: parum diſsidet à liceri. Licetur res quæ uenditur.*

Lotium, *prima breui, ſignificat urinam. Gallicè, piſsat.* Lib. 2. cap. 2

Loco fratris te habeo, *id eſt, tanquam fratrem. Voluptatis loco mihi eſt literarius labor, id eſt, uoluptuoſus. Sororis loco te amo.* Lib. 3. ca. 88

Luſcus, *qui orbus altero eſt oculo. Gal. qui n'a que ung œil.* Vnoculus, *non ſignificat ſtrabum. Gallicè, louſche, ou borgne.* In Raud.

f 5 Ludic

Lib.1. cap.3 Ludicrum,*ſubſtantiuum,eſt quodcunque opus iocularе.* Ludicer,*ſecundæ declinationis iocoſus uel ridiculus. Ludicra uerba, ridicula. Gallicè, Parolles de mocquerie.*

Ludus,*primò eſt res non ſeria.Gall.le ieu: quod fit interdum ſpe lucri: ut ludus dimicantium haſta. Secũdò ſchola.Gall.l'eſcolle.Ludus literarius. Ludus grammaticorũ.Ludus rhetorũ.Ludus gladiatorius. Gall.L'eſcolle des eſcrimeurs, ou ioueurs d'eſpée.* Ludimagiſter,

Lib.4.ca.16 *qui ludo præeſt. Gall. Le maiſtre d'eſcolle.* Luſus, *eſt uoluptatis gratia tantũ,non lucri. Luſus pilæ. Luſus trochi nonunquam conceduntur pueris,non ludi.*

Lib.4.ca.16 Ludere *fit uerbis,* iocari *fit factis.Sed ſæpe contrarium inuenitur.*Eludere,*eſt ioco euadere. Gallicè, Gabber,ou mocquer.*Alludere,*eſt aliud uerbis dicere, aliud ſignificare:ut adoleſcens, qui ſenibus in cœmeterio detinere ioci gratia nitentibus ait, Iniquũ eſſe certamen, illos enim ante domos ſuas eſſe audentiores: alluſit ad ſepulchra,quæ ſenum domus ſunt.*

Lucus,*uide Sylua.*

Lib.4.ca.60 Luctus *non tam dolorem ſignificat, quàm oſtentationem doloris.Gallicè,le dueil: qui ueſte,habitu,uultuq́; proditur.*Lugere,*ualde flere. Gallicè, porter le dueil.*

Lugubres ueſtes,*pullæ.Gall.robes de dueil.Fœminæ ſæpe lugent uiros mortuos,cum tamen ſecum oppidò gaudeant.*

Lib.4.ca.72 Lues,*generalius eſt,quàm peſtis,aut peſtilentia:eſt enim lues aliquod genus morbi, quod ſiue homines, ſiue ſata corrumpit.*Peſtis *autem citò accidit,aut citò abit,*

*quam*

*quam nos* Peſtilentiam *uocamus. Transfertur tum & ad animum, & ad pecudes, & arbores.*

Luce, *pro die dicimus.* Prima luce, *id eſt, diluculo, non prima die.* Ante lucem, *non ante diem. Gallicè, deuant le iour. Luci ſtudendum eſt libris uoluendis: nox ſomno danda eſt: ut ueſperi pro ueſpere. Gallicè, au ſoir: & ruri pro rure.* Lib.4.ca.80

Lubricus locus, *in quo nequeas conſiſtere. Gall. gliſſant. Anguilla, glacies, lubrica dicuntur. Et oculi dicuntur lubrici, eò quòd ſemper uoluantur. Adoleſcentia lubrica, eò quòd facilè in ea labimur. D. Hieronymus: Lubricæ ætati omnia etiam tuta timenda ſunt.* Lib.4.ca.10

M

Maturus, *primò, Gall. meur. Puella matura connubio. Non es maturus audiẽdæ philoſophiæ. Secundò perfectus. Maturus moribus. maturus ætate, id eſt, perfectus.* Lib.4.c.107

Præmaturus, *nondum maturus. Poma quæ præmatura decerpuntur, minus ſapida ſunt, & noxia magis. Præmatura ætas, id eſt, immatura. Præmatura poſtulatio.*

Præcox, Præcoquus, & Præpropera, *ſuo loco dicta ſunt.*

Maturare, *id eſt, perficere uel feſtinare. Verg. Maturate fugã. Gaudeo te cœpiſſe: ſed ut, quantũ potes, matures, te etiam, atq; etiam oro. Cur non maturius ueniſti? Gall. Pourquoy n'es tu uenu plus toſt?* Matureſcere, *maturum fieri. Gall. meurir. Sine matureſcant mãla. Gall. Attends que les pommes ſoyẽt meures: laiſſe les meurir.* Ibidem

Malè, *pro ualde inuenitur. Qui male agit, malè mulctabitur. Malè mihi timeo, id eſt, ualde mihi timeo.* Lib.2.ca.12 & li.3.ca.82

Simi

*Similiter peius & peſſime. Nullum hominũ genus peius odi, quàm aſſentatorũ. Male precor tibi, male imprecor tibi, male opto tibi, male cupio tibi. Gallicè, Ie te deſire du mal. Nemini male impreceris, qui tibi bene optat. Gallicè. Ne ſouhaites poinct mal à celuy, qui te deſire tout bien. Maledico. Gallicè, meſdire. Male audio. Gallicè, auoir mauuais bruit. Qui maledicit, male audiet. Gallicè, Qui meſdit des autres, on meſdira de luy.*

Lib.4.ca.95 Marinus, *a, um, quod incolit mare, uel quod eſt in mari.* Maritimus, *a, um, quod ad mare habitat, uel fit, uel eſt. Nauis, piſcis, rudens, periculum, ſonus, marina dicuntur non maritima. Ora maritima, urbes maritimæ, bellum maritimum.* Tranſmarinus, *quod trans mare eſt. Tranſmaritimum, quod trans marina loca eſt.*

Lib.5.ca.68 Mandare, *eſt alicui aliquid agendum uel perferendum committere. Vergilius: Multa patri mandata dabat. Gall. Il donnoit charge de pluſieurs choſes. Terentius: Huic mandes, ſi quid rectè curatum uelis.*

Lib.5.ca.39 Manere, *ſignificat futurum eſſe, & regit accuſatiuum. Sontes æterna manent ſupplicia: pios æterna præmia. Inertes ſumma manet ignominia: Studioſos immortalis gloria manet. Apud poëtas inuenitur pro expectare. Terentius: Quem hîc manes?*

Lib.6.ca.20 Manipulatim, *id eſt, per manipulos.*

Lib.6.ca.55 Maiores, *ſunt quicunque ante nos fuerunt, atque id in noſtra ciuitate: ut, pater, auus, proauus, atauus, tritauus, & cæteri antiquiores maiores dicuntur.* Poſteri, *uide loco ſuo.*

Lib.4.ca.110 Mango, *mangonis, eſt homo uendens pueros ſuos, & cæt*

*& cæteros uenales homines.*

Margarita, *ſiue margaritum, conchylium, eò quòd in conchis naſcitur.* Vnio, *maſculini generis, idē quod margarita. Gall. une perle.* **Lib. 6. ca. 66**

Mentaſtrum, *eſt menta ſylueſtris.* **Ibidem.**

Meus, *tuus, ſuus, mis, tis, ſis, ſemper poſſeßiuè, aut actiuè accipiūtur: ut, Meus in te amor facit, ut nihil mihi ſit tua conſuetudine gratius, id eſt, amor quo te amo, non quo amor. Meus codex, non mei.* **Lib. 2. cap. 1**

Mei, tui, ſui, noſtri, ueſtri, *ſemper paßiuè accipiuntur: ut, Tui deſyderio tabeſco. Non potuit mei amor id abs te impetrare, id eſt, amor, quo amor abs te, nō quo amo te. Deſiderium tui, quo à me deſideraris.* **Lib. 2. cap. 1**

*Quòd ſi poſſeßiuis, meus, tuus, ſuus, iungendum ſit aliud nomen uel participium, id ſemper in genitiuo ponendum eſt: ut, tua res nō ſecus mihi cordi eſt, quàm mea ipſius mihi, aut tua ipſius tibi: non, mei ipſius, aut tui ipſius. Tua ſolius effecit induſtria, ut ab his malis emerſerim. Gall. La diligence & ſolicitation de toy ſeul a faict, que ie ſoye ſorti de ces maulx. At poſſunt'ne in hunc modum poni quælibet partes orationis? Sola participia, aut gerundia participialia, & hæc tria, unius, ſolius, ipſius. Sub quibus comprehenduntur, duorum, trium, quatuor, cuiuſque, omnium, & plurium. Vellem noſſe, quæ ſit cuiuſque ſententia: non, ſui cuiuſq;. Veſtræ omnium uoluntati parere non poſſum. Gallicè, Il n'eſt poßibile, que ie ſatisface au uouloir de tous uous autres. Dicendum eſt, imago mei, an mea? Si dicis imaginem quam tu emiſti, aut poßides, dices, mea imago. Si imaginem uocas, quæ ſecūdum te* **Lib. 2. cap. 1**

*dum te picta ſeu ſculpta eſt, dices, imago mei.* Eſt *uox am bigua, ſicut multa alia, timor, amor, deſiderium, memoria, &c.* Da *mihi orationē in qua actio & paßio horum pronominum, & dictorum nominum poßit ſimul intelligi: ut,* Tui *meum deſiderium tuæ literæ magna ex parte leuarunt: id eſt, tui meum deſiderium, quo tu à me deſideraris: ut, tui meam memoriam nulla delebit obliuio: id eſt: meam de te memoriam.*

Lib.2.cap.2 Meme tete, *geminata, uehementiam ſignificant.* Seſe *idem ualet quod* SE.

Lib.2.ca.49 Meo nomine, *id eſt, mea cauſa.* Tuo *nomine, Suo nomine, Quo nomine, Qua cauſa.* Hoc *ſolo nomine, idem eſt quod, ex parte mea. Amicos tuos meo ſaluta nomine.*

Lib.3.ca.53 Memini, *Gal. Ie me recorde: regit tum genitiuum, tum accuſatiuum. Meminiſtíne eius rei, quam dixi tibi nuper? Senes multa ex tempore meminiſſe poſſunt.* Fac *noſtri memineris.* Gall. *ayes ſouuenance de moy. Secundò, mentionem facere, tantùm habet genitiuum. Huius rei nunquàm meminit Vergilius, id eſt, de hac re.*

Lib.3.ca.93 Memoria, in memoria, memoriter. *Gall. par cueur. Complector, repeto, teneo memoria, uel memoriter.* Pronuntio, *diſco, narro memoriter.* Pronuntiandum *eſt hodie, memoriter nobis dicendum eſt, quod heri legit magiſter.* Dic *memoriter, complica librum.* Gall. *Dis par cueur, ferme le liure.*

Lib.4.ca.24 Meſsis, *eſt cum ipſa meßio, tum ſeges matura meti.*

Lib.4.ca.110 Meritorius, *a, um, quod quæſtum corpore ſuo facit,*

*cit. Gall. choſe qui gaigne argent.*

*Meritoria taberna, ubi mercede quid agitur. Gal. tauerne ou hoſtelerie, ou chaſcun eſt receu pour ſon argent.*

*Meritorium diuerſorium, quod intrare cuique licet.*

Meretrix, *puella, quæ præmio proſtat.*

Merere, *eſt ſtipendium facere.* Gall. *eſtre à la ſoulde, gaigner loyer.*

*Sub duce noſtro decem annis meruit.*

Mereri de aliquo, *eſt aut bene, aut malè alicui facere.* Bene *mereri de aliquo, eſt bene facere: malè mereri, eſt iniuriam facere.* Nil *de me neque bene, neq; malè meritus eſt.* Demereri, *eſt bene mereri, ſed regit accuſatiuum.* Etſi *plurima de me bene meritus es, tamen hoc uno beneficio me tibi perpetuò demereberis. At noſtri barbari demerita uocāt, mala merita.* Gallicè, *mes faictz, ou offenſes.* Emereri, *eſt mereri.* Emeriti, *qui perfuncti ſunt officio. Emeritus miles. Emeritus bos. Emeritus ſenex.* Lib. 5. ca. 99

Meo iure, *mea autoritate, uel merito.* Terentius: *Non neceſſe habeo omnia pro meo iure agere.* Lib. 6. cap. 3

Membratim, *per ſingula membra.* Gallicè, *Piece par piece.* Lib. 6. ca. 10 & 20

Membrana, *eſt charta pergamena, è pellibus animantum.* Gallicè, *parchemin.*

Migrare, *eſt ad habitandum ire.* Gallicè, *Se remuer de lieu en autre, pour habiter.* Anima, *cùm morimur, migrat è domo corporis, ad campos* Elyſios. Emigrare, & demigrare, *idem ſignificant ferè.* Remigrare, *in priſtinam domum redire.* Commigrare, *eſt uicinia* Lib. 5. ca. 95

*adiun*

*adiungi. S'en aller auec ung autre.* Immigrare, *eſt in domum habitandi gratia ire.*

Lib.3.cap.4 Mille, *cum ſubſtantiuatur, eſt ſingularis numeri, & regit genitiuum. Mille nummûm mihi debet. Mille hominum, & bis mille, ter mille hominũ, uel nummorũ. Mille interdum eſt adiectiuum. Mille homines. Mille modis leti miſeros mors una fatigat. Eſt autem indeclinabile. Milia pluralis numeri eſt, & ſubſtantiuum: nõ rectè dicitur milia homines, milia pecudes: ſed milia hominum, pecudum, &c. Milia paſſuum, non paſſus. Neque dicitur bis milia, ter milia: ſed tria milia, quatuor, &c.*

Lib.3.ca.52 Mihi, & tibi, & nobis, *interdum ponuntur feſtiuitatis gratia, Hic heluo dormit mihi dies totos, nocte cum noctuis uolat. Hunc ſibi ſuo iugulo gladio. En tibi tuus patronus. Hunc dicendi morem ac colorem & Gallica lingua habet uulgò: ut Gall. Parles moy bien à luy: hîc moy, ſuperfluum eſt: & ſimilia mille.*

Lib.4.ca.31 Mimus, *qui uel extra uel intra ſcenam obſcœnas geſticulationes facit. Mimi uocantur tam homines, quàm poëmata obſcœnos amores cantantia. Iſta ſcurrilitas nec mimum decet, nedum ſcolaſticum.*

Lib.4.ca.50 Myſterium, *eſt res arcana, ſacris tantùm uiris cognita.* Miniſterium, *eſt opera miniſtrantis, ſed capitur pro quocunq; opere. Miniſteria in plurali capitur etiam interdum pro ipſis miniſtris: ſicut ſeruitia pro ſeruis: & officia pro officium exhibentibus.*

Lib.1.cap.1 Moroſus, *prima longa, à mos moris. Gallicè, difficile à ſeruir, qui ne trouue rien bien faict à ſon gré. Cicero: At ſunt moroſi, & anxij, & iracundi, & difficiles*

ſenes

ſenes. Moratus bene, *Gall. bien moriginé: qui bonis moribus præditus eſt, pro quo barbari moroſus dicũt. Et Malè moratus, qui malis eſt moribus.*

Morigerus, *obtemperans. Gall. obeiſſant. Cupio tibi omnibus in rebus morem gerere. Decet uxores uiris morigeras eſſe: Il eſt conuenable aux femmes endurer les meurs de leurs maris & leur obeir.* Lib.4.c.104

Mollis homo, *ſignificat hominem inconſtantem & laſciuũ: nam qui molli cute ſunt, ij plerunq; & molli ſunt animo, ut pueri & fœminæ. Molle etiam laudem ſonat: nam quò materia fuerit molior, eò opus aptius ducitur. Quintil. Illius opera duriora, illius molliora: de ſignis loquitur. Signa quid ſint, uide loco ſuo.* Lib.4.ca.115

Morari, *pro expectare apud poëtas inuenitur, ſed propriè ſignificat detinere. Gall. amuſer. Ne me moreris diutius, feſtinato opus eſt. Gallicè, ne me tiens point plus long temps: car il eſt beſoing de ſe haſter. Quæ te cauſa tandiu morata eſt?* Lib.3.cap.52

Multò, longè, facilè, *pro non dubiè, pulcherrimè ſuperlatiuis iungũtur: ut, oratorũ longè facundiſsimus & Cicero. Scholaſticorum multò ſtudioſiſsimus eſt Ioannes. Gall. Iehan eſt le trop mieulx eſtudiant entre les eſcholiers. Sodalium meorum tu mihi facilè chariſsimus es.* Lib.1.ca.16 18

Mulier, *ſignificat fœminã non uirginẽ, id eſt, fœminam corruptam. Sed tamen nõnunquam ſignificat etiam uirginem, quæ tamen ſit in ea ætate, ut patiatur uirum.* Lib.6.ca.38

Munus, *primò donum. Martialis:* Lib.6.ca.39
*Munera quòd ſenibus, uiduisq; ingentia mittis. Secundò onus: ut, Munus militiæ. Inde Immunis, eſt ſine onere rei.*

*Tertiò officium. Amici munus eſt amicum clàm argue- re,palàm laudare.Munera militaria,id eſt,officia.* Mu- nicipium. Municipalis, *qui ex urbibus eſt, quæ ciuilia munera accipiunt cum* Roma, *quas municipia uocant.* Municeps, *qui in municipio natus eſt: uel municipes conciues dicimus.*

Lib.6.ca.20 Municipatim, *per ſingula municipia. Gallicè, de uille en uille.*

Lib.2.ca.59 & li.3.ca.74 Mutuò,*id eſt,communiter.Gal.l'ung l'autre.Ama- mus mutuò, id eſt, & tu amas me, & ego te.mutuus a- mor, mutua beneuolentia. Inuenitur etiam pro uiciſſim, & inuicem.Fac me mutuò diligas,id eſt, uiciſſim.*

Lib.4.cap.8 Murus, *urbium eſt, & urbis ſimilium, caſtrorum, munitionumq́;.* Mœnia, *muri ſunt urbis, & ædificia eius.Paries,domorum.Gall.la paroy.*

Lib.4.ca.42 Mulus,*qui propriè natus eſt ex aſino & equa.* Hinnulus,*qui patre equo,matre aſina genitus,quē quidam burdonem uocant.*

Lib.2.ca.25 Mutuo,*as, are,actiuè ſignificat.Gall.Preſter,mu- tuo dare.* Mutuor, *aris, deponentaliter ſignificat mutuò accipere. Gall. emprunter. Mutuatus ſum à mer- catore quodam uiginti aureos. Mutua mihi unum duca- tum, uel mutuò da, utrunque uerbum regit accuſatiuum.* Fœnero,*uide loco ſuo.*

In Raud. Muriceps *pro cato,inſuetum uocabulum eſt.*

N

Lib.5.cap.2. Nactus ſum,*id eſt, reperi uel offendi caſu & for- tuitò. Si quem nactus eris qui eò iturus ſit, iube ut ſalu- tet parentes meos. Nacti ſumus materiam riſus, id eſt, inueni*

*inuenimus,uel potius obtulit ſe nobis materia riſus.*

Natalia *ſubſtantiuum.* Natalis *adiectiuum.* Natalitius *adiectiuum,idem ſignificant.* Iuuenalis: Lib. 2. ca. 1

*Natali Coruine die mihi charior hæc lux.*

*Natalis hora,eſt hora natiuitatis.Natalitius dies.* Natales *pluralis numeri & ſubſtantiuum, ſignificat conditionem ſanguinis & familiæ: ut,* Hi qui obſcuros *habent natales,uirtute ſibi famam parabunt. Illuſtres natales,maiores.*

Ne,*multis modis accipi ſolet.* Primò interrogatiuè: *Eſt'ne magiſter in ſcholis?Secundò dubitatiuè:ut,* Incertus *ſum, uiuat'ne pater, an non.* Tertiò prohibitiuè,Ne *feceris hoc;ne abeas uſpiam iniuſſus.* Gallicè, *ne ſoys pas ſi osé d'aller quelque part, ſi on ne le te cõmande. Quartò capitur pro* VT, *& hoc cum uerbis includentibus in ſe negationem, qualia ſunt uerba prohibendi, & cauendi, & timendi: ut,* Prohibuit *me pater, ne redirem ad te, id eſt, prohibuit me redire ad te. Caue, ne cuipiam dicas, uel caue cuipiam dixeris.* Vereor *ne magiſter omnia reſciuerit.* Gallicè, *i'ay crainte que le maiſtre n'ait ſceu le tout.Quintò,pro* VT NON*: ut,Diſce ſtudioſe,ne magiſtro ueniente uapules: id eſt,ut non uapules.Sextò cum quidem, ualet ferè quod multò minus.* Id *uide in* QVIDEM. *Septimò capitur pro certè affirmatiuè.* Terẽtius: *Faciunt næ intelligendo, ut nihil intelligant.* Idem, Næ *ego homo infelix ſum,id eſt,certè.Interrogatiuè, Facturus'ne es quod ego,an non?* Lib. 2. ca. 1. & 17. & li 3. cap. 28.

Nec'ne *idem eſt quod an non,ponitur interrogatiuè & dubitatiuè.* Dubius *ſum ſeriò dicas nec'ne.* Gall. *ie* Ibidem

*ſuis en doubte, ſi tu dis à bon eſcient, ou non.*

Non'ne, ergo'ne, ita'ne, *compoſita à* NE, *magis ſenſum extorquent, quàm interrogant.*

Lib. 2. ca. 18 Nedum, *penè eſt idem quod non ſolùm, ſed non uno modo eis utimur.*

Lib. 2. ca. 18 & 31. & lib. 3. ca. 24. Non modò, & non ſolùm (*quæ idem ualent*) *ſemper in priore parte orationis ponuntur: ut,* Non modò *te diligo, uerumetiam fratris loco amo.* Non *ſolùm pecuniam, uerumetiam uitam pro te impenderem.* Nedum *ferè ſemper in fine ponitur:* Ita *tamen, ut ſi oratio ſit negatiua, id quod minus eſt, ponatur in principio, & maius in fine: ſin affirmatiua, contrario modo fiet: ut,* Non *ſolùm laborem pro te ſuſciperem, uerumetiam mortẽ.* Non *crederem tibi obulum, nedum uitam meam.* Non *ſolùm non crederem tibi uitam, uerùm ne obulum quidem.* Eſt *item alia differentia inter nedum & non ſolùm:* Nedum *iungit partes inæquales: non ſolùm, æquales.* Vnde & *hac cauſa, non ſolùm, nonnunquam in orationis fine reperitur.* Cicero: *Plura ne dicam, tuæ me lacrymæ impediunt, ueſtræq́;,* Iudices, *non ſolùm meæ.* Hic *non rectè diceretur, nedum meæ.* Nedum *nuſquam ponitur, niſi in oratione negatiua.*

Lib. 3. ca. 27 Neutiquam, & nequaquam *idem ſignificant.*

Lib. 3. ca. 20 Ne dicam, *hæc clauſula ſi ſequatur ſubſtantiuum, adiectiuum ponitur in accuſatiuo. Si interijcitur inter ſubſtantiuum & adiectiuum, relinquit utrunq; in nominatiuo.* Homo *imprudẽs, ne dicam ſtultum, nõ ſtultus: quia homo ſubſtantiuum præcedit.* Crudelis, *ne dicam impius & ſceleratus* Caſtor, *non ſceleratum* Caſtorẽ: *quia ſubſtantiuum*

*ſtantiuum Caſtor ſequitur.*

*In alijs caſibus nulla eſt ambiguitas, quia ſemper oportet conuenire adiectiuum & ſubſtantiuum: ut, Non faceres hæc magiſtro conſcio, ne dicam præſente: non, præſentem.*

*Interdum* tres negationes *non plus ualent quàm duæ: ut, Nunquàm tibi nec fiſus ſum, nec fidã: nihil aliud eſt dicere, quàm, tibi nec fiſus ſum, nec fidam unquam. Interdum* duæ negationes *ualent unam tantùm. Caue, ne me prouoces. Caue, includit negationẽ: &* NE, *eſt negatio: nec eſt aliud dicere, quàm, caue me prouocare. Simile eſt de metuo, timeo, uereor, prohibeo, impedio, &c. Sed quando in dictionibus eſt quædam contrarietas, non poteſt tolli gemina negatio, ut rectè dicitur,* Non modò *ſtellæ, ſed ne luna quidem ad ſolem ſeruat ſplendorem ſuum: uel ſic geminata negatione,* Non modò *nullæ ſtellæ, ſed ne luna quidem ſplendorem ſeruat. Sed,* Non modò *ſtellæ non apparent, ſed etiam luna ad ſolem obſcuratur: hîc non poſſet tolli una negatio, quia apparere & obſcurari ſunt contraria, &c.* Lib. 3. ca. 27

Nemus, *uide Sylua.*

Negotium *contrarium eſt otio. Quid tibi iſtic negotij eſt? Gall. quel affaire as tu cy endroit? Secundò negotium ſæpe inuenitur pro labore ſeu moleſtia: Quid negotij? id eſt, quid operis eſt?*

Necatus, *generale nomen: Veneno, ferro necatus.* Lib. 6. ca. 16

Nectus, *ferè non ponitur ſine adiectiuo, nec tam ſignificat mortuum, quàm propemodũ mortuum. Fame nectus, ſiti nectus, & ſimilia, Gall. preſque mort de faim ou* Lib. 5. ca. 81

*de ſoif.Bos eſt enectus arando.*

In Raud. Neceſſarij, *ſunt cum quibuſcunque nobis aliqua familiaritas & amicitia intercedit.* Inde neceſsitudo. *Vir mihi antiqua neceßitudine iunctus, id eſt, amicitia.*

In Raud. Nænia, *eſt cantus lugubris in funere. Capitur pro ineptia ſiue cantus, ſiue ſermonis.Horatius. Abſint inani funere næniæ.*

Næuus,*eſt macula corporis. Gallicè,une tache du corps,comme une uerrue.*

Lib.2.ca. 19 & lib.3.cap. 29.& 54. Niſi,*ſi in principio orationis ponitur, indicatiuum deſiderat, aliàs etiam ſubiunctiuum. Nullam tibi iniuriam irrogaui, niſi fortè beneficia in te mea iniuriam uocabis. In medio ſic, Vabulabis, niſi caues, uel niſi caueas.*

Lib.3.ca. 40 Nihil ad te, *id eſt, parum eſt ad comparationem tui. Eſt quidem bella urbs Traiectum, ſed nihil ad Coloniã.Gal. le Trect eſt belle uille, mais ce n'eſt rien au pris de Cologne.Terentius,Eſt'ne Thais,ut fertur,forma? Sanè,ſed nihil ad noſtram hanc.*

Lib.2. cap.3 Noſtras, ueſtras, cuias, *cuiatis,non ſolùm patriam, nationemq; ſignificant, ſed etiam ſectam & partes. Cuias es tu? Noſtras'ne es,an externus? Ibi patriam ſignificat.Cuias es tu? Epicureus'ne, an Stoicus? hìc ſectam ſignificat.*

Lib.5.ca. 35 Nobilis *nonnunquam in malam partem accipitur, id eſt, notabilis. Nobile ſcortum. Gallicè, une putain renommée.*

Lib.6.ca. 20 Nominatim, *id eſt, expreſſo nomine.Gall.nommément.*

Nox

Noxa, *primò pœna.* Dedere noxæ, *eſt dare ſeruum ad pœnam potius quàm præſtare maleficium, quod admiſit.* Dedita *noxæ mancipia.* Secundò *damnum.* Ouid. *Nocte nocent potæ, ſine noxâ luce bibuntur.* Lib.6.ca.3

Noualis, *ager qui nunc primùm proſciſſus eſt, uel qui alternis annis ſeritur.* Lib.6.ca.4

Nothus *Græcum eſt, ſignificat quocunque modo illegitimum.* Gall. *baſtard.* In Raud.

Nudiuſtertius, *eſt dies quæ eſt ultra heri.* Nudiusquartus, Heri: *non, nudiusſecundus.* Gallic. *hier.* Nudiuſtertius. Gall. *auant hier.* Nudiusquartus. Gallicè *l'autre auant hier.* *Nec ultrà licet progredi. Quamuis* Plautus *dicat,* Nudiusquintus, *ſextus. De perendie & pridie, uide loco ſuo.* Lib.2.cap.3

Nuper, pridem, iampridem, *de paulo longiore tempore dicuntur, quàm dudum, & iamdudum, ſcilicet ſex menſium, medij anni, aut longioris, ſeu breuioris, pro conditione materiæ. Quod pridem tibi ſcripſi, id ipſum nunc repeto. Iampridem tua mihi fides cognita eſt.* Vnde PRIDEM *gaudet uerbis præteritis,* IAMPRIDEM *præſentibus.* Lib.2.ca.34

Numeralia diſtributiua, *ſupra centum ſyncopantur, præter mille: infrà non.* Duceni, ducenteni. Treceni, trecenteni. Quadringeni, quadringenteni. Quingeni, quingẽteni. Sexceni, ſexcẽteni. Septingeni, ſeptingenteni. Octingeni, octingenteni. Noningeni, *uel* nongeni, nongẽteni. *Infra centũ,* Singuli, bini, terni, quaterni, quini, ſeni, ſepteni, octeni, noueni, deni, undeni, duodeni, terni deni, quaternideni, quinideni, ſemdeni, ſeptenideni, Lib.3.cap. & li.1.ca.14

*uel deni quaterni, deni quini, deni ſeni, deni ſepteni, deni octoni, deni noueni. Viceni, uiceni ſinguli, & uiceni bini, & uiceni terni, & c. triceni, quadrageni, quinquageni, ſexageni, ſeptuageni, octogeni, non octuageni, nongeni, uel nonageni, centeni. Hæc numeralia non ſignificant ſimpliciter numerum, ſed ſingulis tantùm: ut, Olim bini conſules creabantur: id eſt, ſingulis annis duo. Pater meus filijs dena pondo legauit. Tamen poſſet hìc dici decem.*

*Lib.3. cap.5 & li.1.ca.14* Item *hæc rarò in ſingulari numero inueniuntur. Poëtæ uerò & ſæpenumero ſingulari utuntur, & pro ſuis cardinalibus accipiunt frequenter, ſeptena pro ſeptem: biſſena pro bis ſex. Oratores non faciunt, niſi neceßitate compulſi. Primò, ut ſi numeratum careat ſingulari numero, ut, Binas ad te dedi literas, non duas. Binos ſcripſit codicillos. Secundò, ſi aut habeat pluralem, ſed diuerſi generis, aut ſi ſint diuerſæ ſignificationis: ut, ædĕs & ædēs, litera & literæ. Trinum non eſt diſtributiuum numerale: Nam trinum eſt, quod complectitur ternarium numerum: ut, trinum nundinum, trina diuinitas.*

*Ibidem.* Nota, *his nominibus, utrique, ſingulis, cuique, unicuique, iungi tam diſtributiua quàm numeralia cardinalia. Numeralia aduerbia infra cētum ſyncopam habent: ſupra centum non ſyncopantur: ut uities, pro uiginties: trities, pro triginties: quadragies, pro quadraginties: quinquagies, pro quinquaginties: ſexagies, pro ſexaginties: ſeptuagies, pro ſeptuaginties: octogies, non octuagies: nonagies, non nouagies. Supra centum: Centies*

*ties, ducenties, trecenties, quadringenties, quingenties, ſexcenties, ſeptingẽties, octingenties, noningenties. Mille, bis mille, ter mille, quater mille, uities mille, trities mille, centies mille.*

## Regula numerorum.

*Infra centum, & ſupra uiginti ſemper minor numerus præponitur, & maior ſequitur, & hoc cum copula: ut, quartus & octogeſimus annus, quinque & uiginti. Sed ſi tollatur* E T, *maior præcedet, uiginti quinque, ſexaginta ſex, uiceni terni, uiceni ſeni: non, ſeni uiceni: niſi cum* E T. *Supra centum minor numerus poſtponitur.* Centum & *nouenos uixit annos. Anni quadringenti & ſeptuaginta, &c.* Mille & *quadringenti.* Infra uiginti, *maior numerus præponitur, & minor poſtponitur: ut,* Decem & *octo, decem & nouẽ, &c. aut certè ſunt unica nomina, tredecim, duodecim, &c.* Ibidem

*Iſta autem nomina, duodeuiginti, undetriginta, undecentum, duodecentũ, duodequadrageſimus, &c. non ſeruant prædictas regulas, quia ſunt nomina compoſita.*

## Nota.

*Vir malus nulla laceßitus iniuria, ab amicitia recedit. Vir bonus nulla laceßitus iniuria, ab amicitia recedet. Hæ orationes propter uim negationis, eiſdem uerbis contraria ſignificant. Sed in poſteriore oratione, Laurentius non auſit dicere recedit, ſed recedet, uel recedat.*

Nux, *eſt quicquid habet corticem durum, ut caſtanea, amygdalum, auellana, iuglans.* Poma, *uide loco ſuo.* Lib.4.ca.28

Nutriri, *eſt paruulorum, ut creſcant. Inde nutrices,* Lib.5.ca.46

*trices, nutricijq́; dicuntur, qui aut alunt, aut aluerunt pueros.*

*Lib.5.ca.84* Nutare, *eſt magnæ molis ruinam minantis: ut, quercus annoſa nutat.* Gall, *bransler.* *Transfertur ad animum dubitantem, quò ſe potiſſimùm conferat.*

*Lib.6.ca.15* Nuntius *in maſculino, ſignificat tum id quod nuntiatur, tum eum qui nuntiat.* In *neutro, non inuenitur.* 4. Reg. 7. *Hæc eſt dies boni nuntij.* Gallicè, *ce iour eſt de bonne nouuelle.* *Nuntio de matris exceſſu, nihil fuit acerbius.*

*Lib.6.ca.27* Numen, *eſt poteſtas ſeu imperium, deorum duntaxat.*

*In Raud.* Nugæ *nugarum, ſermones leuium rerum, & nullius ponderis.* Gall. *gaberies: ut ſermones aniles, nugas uocamus.*

*In Raud.* Nunquid, *de uno interrogat:* An, *de pluribus, nonnunquam de duobus.* Nunquid, *interdum eſt nomen, non aduerbium: ut, Nunquid uis?* Gall. *ueulx tu rien?*

O

*Lib.2.cap.13* O', *interectio tribus caſibus iungitur, nominatiuo, accuſatiuo, & uocatiuo: ſignificat autem uehementiam affectus.* O' *hominem perditum.* O' *te infelicem. Si autem affectus non ſit tam uehemens, poteſt relinqui ò: ut, Indignum facinus: iniuriam irrogauit: inſuper & conuitium fecit. Si affectus eſſet uehementior, dicendum eſſet,* O' *indignum facinus.*

*Lib.2.ca.49* Obiter, *id eſt, ſpecialiter, prò tali cauſa, uel ſtatim,* Quintiliani *ſeculum poſuit. Sed re uera ſignificat interim, ſiue incidenter.*

Obuius

Obuius fio tibi, *obuiam me tibi fero, obuius ue- nio, uel obuiam, obuium me tibi fortuna obtulit: idem ſi- gnificant. Habui illum obuium, uenit mihi obuiam: idem ſunt.* Lib.3.ca.77 & lib.5.ca.107.

Obſeruo, *primò idem quod attendere. Gall. guet- ter, uiſer. Obſerua quò abeat magiſter. Gallicè, guette ou ua le maiſtre. Et capitur frequenter in malam partem. Obſeruamus eum, cui parum fidimus. Secundò ſignificat uenerari cum quadam admiratione uirtutis: ut, Mibi ſta- tutum eſt te amare, te colere, te obſeruare. A' priore ſigni ficato uenit* obſeruatio, *à ſecundo* obſeruantia. *Pro mea obſeruantia, id eſt, pro meo amore, uel reueren- tia. Fratres de obſeruantia non dicitur, ſed de obſerua- tione.* Lib.4.cap.3

Obire, *id eſt, exequi. Obeo legationem, obeo prouin ciam. Vt apud Statium Chiron de Achille:* Lib.5.ca.44

*Olim ferre minas, audita & obire ſolebat*
*Imperia: id eſt, exequi quod imperabã. Obeo mortem, id eſt, adeo, uel perago mortem. Cùm dicitur obijt, ſub- intelligitur ſemper* MORTEM. *Sicut defunctus eſt, ſubaudi, uita.*

Obruere, *opprimere mole. Gall. couurir du tout. Obrutus undis, id eſt, ſubmerſus. Obrue terra. Gall. enſe- uelis. Transfertur ad animum. Obruis me tuis beneficijs. Stomachus cibo obruitur, & uino immodico.* Lib.5.ca.55

Obſes, *eſt qui traditur imperio alterius, ea condi- tione, ut ſi dator obſidis à fide recedat, recipienti ſit ius in corpus obſidis: ut, Reges ab urbibus in fidem pacis obſeruandæ accipiunt, & dant obſides. Gall. oſtaiges.* Lib.6.ca.21

Obſo

In Raud. Obſonium, *eſt cibus additus pani, præcipuè piſces.Gall.uiande.*

Obſonare,*lautis epulis profundere pecuniā. Gall. acheter uiandes.*

In Raud. Obnoxius, *non ſignificat obligatus, ſed expoſitus, ſubiectus: ut, locus obnoxius uento. Gall.lieu expoſé à uent. Vrbs obnoxia fluctibus. Gallicè, une uille ſubiecte aux flots.*

Lib.5.ca. 57 Occupare, *propriè eſt rem in medio poſitam ante cæteros capere. Matura emptionē, ne alius rem occupet. Gall.affin que ung autre ne preuienne. Nos occupati ſumus, quum detinemur negotijs, ut alijs non ſit locus. Occupare urbem,eſt ui capere. Præoccupare,uel occupare,eſt cùm præuenimus rem dicere, ne alij nobis obijciāt: ut, Eſt homo ſubruſticus,& agreſtis,mei ſimilis:ſed ille, ne dicerem,præoccupauit.Gall. mais luy, de paour que ie ne le diſſe,il a anticipé.Vereor,ne nox occùpet.*

Lib.6.ca. 61 Otium, *eſt uacatio à labore: cuius contrarium eſt negotium. Scribam ad te,ubi primùm aliquid otij nactus ero. Et capitur pro ſtudio literario, unde otium literarium dicimus.*

Lib.1.ca. 21 Odium,*interdum ſonat moleſtiam.Gall. haine,uel etiam moleſtia. Terentius: Nunquàm tuo me odio uinces:id eſt,tua moleſtia.*

Ibidem Odioſus *paßiuè, ſignificat eum, qui odio habetur, non qui odit,id eſt,inuiſus. Vel odioſus,moleſtus. Cicero: In infirmo corpore odioſa eſt omnis offenſio. Pueris adhuc odioſæ ſunt literæ,id eſt moleſtæ.*

Lib.3.cap.9 Odor,*quod olfactu percipitur.Gal.ſenteur,& ſentement*

*tement.* Odores *pluraliter odoramenta: ut,* Odores *Arabæi,odores Sabæi.*.

Officium,*id quod facimus,ut debemus pro rerum, locorum, perſonarum exigentia. Officium diſcipuli eſt patris loco præceptorem uenerari:id eſt,debet.Gall.c'eſt l'office d'ung diſciple.Vide ut tuo fungaris officio,quando ego perfunctus ſum meo.Gal.regarde à faire ce que tu dois, puis que i'ay faict ce que ie deuoie. Secundò officia ferè accipiuntur pro beneficijs, ſiue obſequijs. Id tua in me faciunt officia, ut nihil tibi negandum putem.Tertiò,officium eſt functio. Gallicè, office, eſtat, ut Magiſtratus.Inde officiales uocamus. Quartò, officium,quod quiſque debet præſtare. Gallicè, l'office ou l'eſtat d'ung chaſcun. Officium medicinæ. Officium architecti.Officium fabri.* Lib.4.ca.30 & li.6.c.39

Officina,*eſt ubi opera opificum fiũt.Gallicè, l'ouuroir.Officina ſtatuarij, fuſoris,flatoris,uitrarij, pictoris,ſutoris, cælatoris, excuſoris, fabri.* Taberna, *uide loco ſuo.* Lib.4.ca.44

Offendo,*primò ad iram prouoco.Gal.faire offenſe.Inde offenſa: ut, Grauis offenſa eſt mentiri. Secundò, reperio,uel obuium habeo. Si te uſpiam offendero ſolum, dabis mihi pœnas.Gal.ſi ie te trouue ſeul quelque part,ie te puniray.* Lib.5. cap.2

Oleaſter,*eſt olea ſyluestris. Gal.ung oliuier ſauluaige.Olea,frugifera.*

Olim *tam futurum,quàm præteritũ ſignificat.Olim literæ in pretio fuerunt. Gallicè,au temps iadis les lettres furent en eſtime. Olim te pœnitebit inertiæ tuæ. Gallicè,* Lib. 3.ca. 35

*licè, Tu te repentiras quelque ſois d'auoir eſté pareſſeux. Secundò olim, idem eſt quod aliquando.* Horatius:

*-Vt pueris olim dant cruſtula blandi*
*Doctores, elementa uelint ut diſcere prima.*

*In Raud.* Iam olim, *uel* olim iam. *Gall. depuis long temps en ça.* O*lim autem præteritum aut futurum poſcit:* Iam
*Lib.4.ca.76* *olim præſens.* De *olim exempla habita ſunt.* De *iam olim exempla,* Iam *olim mihi ſumma neceßitudine iunctus es, id eſt, ex multo tempore, & adhuc.* Iam *olim barbaris odio ſunt literæ, id eſt, diu fuerunt, & adhuc ſunt.*

Omnimodè & diuerſimodè, *nõ ſunt Latina.*

Omnifariam & multifariam *Latinè dicitur.*

Opera, *operæ, ſignificat ipſam actionẽ, & laborem.*

Opus, *operis, ſignificat ipſum, quod agitur: ut,* F*aber cudendo galeam, impendit operam, id eſt, actionẽ cudendi.* Opus *autem dicitur ipſa galea, quæ cuditur.* O*pus manuum mearum, dicitur liber à me ſcriptus.* I*taq; opus eſt fructus operæ.* Operæ *dicuntur ipſi, qui debent aut præſtant operã.* Horatius: *Accedes opera agro noua Sabino.* I*d eſt, nouus foſſor.* O*peræpretium ab opera dicitur, ſignificat utile, ad rem pertinens.* Gall. *proufit du labeur.*

*Lib.1.ca.21* Operoſus, *multæ operæ.* O*peroſa ſtructura, id eſt, multi operis.* Gall. *maſſonnerie de grand labeur.* Operoſè, *id eſt, laborioſe.*

Opitulari, *id eſt, auxiliari, dicitur ab opem fero, quod habet tuli in præterito.*

*Lib.3.ca.86* Opinio *nunc actiuè, nunc paßiuè ſignificat, ſicut omnia uerbalia in io: præter hæc, ſuſpicio, obliuio, offenſio, quæ*

*ſio, quæ ferè paßiuè ſignificant. Dabo operam, ne unquam tua te de me fallat opinio, hic actiuè. Homo magnæ opinionis, hic paßiuè capitur. Venit mihi Petrus in ſuſpicionem furti, id eſt, ſuſpicor furtum de eo. Videor mihi poſt tanta in te merita in obliuionem ueniſſe. Obliuio tua, qua obliuiſceris. Obliuio tui, qua alius tui non meminit.*

Oppidum, *dicitur omnis ciuitas, præter* Romam, *quæ prima urbs uocari cœpta, fecit ut cætera oppida, urbes uocarentur.* Lib.4.ca.20

Opifex, *qui exercet artẽ manuariam. Gall.ouurier.* Lib.5.ca.44

Opificium, *exercitium artis, artificium. Gallicè, ouurage.*

Oppetere, *aut accuſatiuum habet expreſſum, aut ſubauditum, & ſignificat mori. Aiax maluit millies mortem oppetere, quàm ſemel mulieribus inſeruiſſe. Innumeri in hac pugna oppetiere milites: id eſt, perierunt. Gallicè, il eſt mort de gens de guerre ſans nombre en ceſte bataille.*

Oriundus, *iungitur primò ablatiuo cum præpoſitione à uel ab. Oriundus à Gauda, à* Roma. *Nos Hollandi à* Troianis *ſumus oriundi, id eſt, originem ducimus à Troianis. Secundò ablatiuo ſine præpoſitione. Oriundum* Alba *ſacerdotium.* Tertiò *aduerbijs: ut,* Inde *ego ſum oriundus, unde tu.* Ortus, *genitiuum habet. Ortus Gaudæ, id eſt natus illic.* Lib.3.ca.57

Ordo, *ſuo quicque loco diſponit. Gall.renc, ordre, ut in acie, in ſupplicationibus.* Series. *Gallicè, ſuite, eſt rerum quædam continuata progreßio. Inter annos ſe-* Lib.4.ca.14

*ries*

*ries eſt uerius quàm ordo.* Equeſtris ordo *dicitur, non ſeries.*

In Raud. Orcheſtra, *eſt locus ubi ſaltabatur publicè, & ſimilia fiebant, circunſedentibus nobilibus, & plebe circunſtante. Interdum uſurpatur pro conſeſſu honoratiorum.*

Lib.4.ca.48 Orator, *uide in* Rhetor.

Lib.4.c.106 Orbus, *a, um, qui priuatus eſt re admodùm chara: ut parens ſuis liberis orbus eſt. Inde* orbitas. *Secundò, orbus, a, um, pro orphano nonnunquam accipitur, & orbitas pro orphanitas. Filius dicitur orbus amiſſo parente. Orbum pro uacuum dixit Horatius: Forumq; litibus orbum.*

Lib.5.ca.29 Orare, *eſt rogare.* Exorare, *rogando impetrare. Sine, hac una in re te exorem. Nota ſunt hæc.*

P

Lib.5.ca.73 Pacificatus ſum, *id eſt, pacem feci.* Pacatus ſum, *id eſt, in pace ſum, uel receßi ab armis.* Placatus ſum, *depoſui offenſionem. Gall. ie ſuis appaisé.*

Lib.5.ca.74 Parem eſſe, *id eſt, ſufficere. Non ſum par tanto oneri. Quintilianus: Aſpicio par laboribus corpus. Impar dolori animus.*

In Raud. Pariformiter, *non inuenitur, ſed* pariter, *ſiue ſimiliter, ſiue itidem.*

In Raud. Pancratiaſtes, *eſt qui ad omne genus certaminis ualet.*

In Raud. Papula, *Gall. quelque bourion en la face. Eſt puſtula ſimilis næuo.*

In Raud. Pabulari, *eſt pabula carpere manibus, aut falce, in*

paſtio

*paſtionem iumentorum.*

Parentare, *eſt mãnibus defuncti, uel potius occiſi* Lib.4.ca.23 *ſatisfacere: & producit primam. Inde Parentalia, honores funerales.*

Paria facere, *eſt quod alibi omiſſum eſt, aliunde* Lib.5.ca.47 *compenſare: ut, Ille qui cõfitebatur ſe hominem necaſſe: rurſum autem generaſſe hominem, paria facit. Item quando natura puſillos corpore, magnos animo creat è cõtrario, paria facit. Gall. elle recompenſe. Ingenio pollẽs cum robuſto, paria facit: Id eſt, æquat robuſtum.*

Paſsim, *id eſt, ſparſim. Huius rei exemplum in ue-* Lib.6.ca.19 *terum ſcriptis paßim reperies. Armenta paßim paſcunt. Vergilius:*

*Strata iacent paßim ſua quæque ſub arbore poma.*

Pannoſus, *qui craſſo, ac uili panno opertus eſt: ut* Lib.1.ca.21 *pauperes pannoſos dicimus.*

Parumper, & pauliſper, *id eſt, paruo tempore.* Lib.2.ca.48 *Imperiti accipiunt pro paululum & parum, ſed falsò: ſunt enim aduerbia temporis. Pauliſper gaudere poteſt, qui tamen multùm gaudeat. Parum interdum ſonat non ſatis. Quod tibi parum eſt, mihi minimum eſt.*

Parentheſis, *eſt interiectio orationis in ſermone,* Lib.3.ca.11 *qua remota, ſermo manet integer. Ea cum ſemper ue-* & 84 *nuſta eſt, tum plurimum uenuſtatis habet, quum fit per* QVI, *aut* IS, *aut per* VT. *Si modò culpam tuam faſſus eſſes, pater (qua indulgentia eſt) omnia tibi ignouiſſet. Gallicè, ſi tu euſſes confeßé ta faulte, ton pere (ueu la grande facilité qu'il ha) le t'euſt pardonné. Id flagitij ſi præſens uidiſſet parens (eius ſeueritatis eſt) te membra-*

*tim diſcerpſiſſet. Si hanc noxam* Petro *imponere pergis, ille ( ut impudentiſsimus eſt ) in te eam retorquebit.*

*Lib.4.ca.20* Patronus, *qui accuſatum defendit, uel quemcunque alium afflictum. Niſi tu mihi patronus adſis, nulla emergendi ſpes eſt.* Patrocinari, *id eſt, protegere quemcunque.* Patrocinium, *id eſt, tutela.* Aduocatus, *quicunque paratus uenit alium defendere, etiam ſi nihil agat.*

*Lib.4. ca.51* Paraſitus, *qui ſuit les loppins: id eſt, qui omnia facit dicit'ue ad uoluntatem alterius, uentris gratia: qualis ille Terentianus Gnatho.*

*Lib.4. ca.53* Paſtio, *nõ tam ſignificat actũ paſcendi, quàm ipſum cibum, ſed propriè glandes, poma, hordeum, legumina. Gal. Glands, pommes pourries, orge. & eſt pecudum.* Pabulum, *id ipſum ſignificat, ſed eſt aliorũ quoq; brutorum: eſtq́; propriè cibus herbaceus, fœniceus, paleaceus, ſtramentitius potius quàm ſeminum.*

Paſtus, *eſt hominum. Literarum conſuetudo gratiſſimus animorum paſtus eſt.*

*Lib. 4. ca. 53* Paſco, *actiuè. Gallicè, garder les beſtes. Paſce oues meas. Sed paſco neutrale, eſſe in paſcuis. Gallicè, paiſtre. Vergilius: Paſcentes ſeruabit Tityrus hœdos. Ouidius: Mille greges illi, totidemq́; armẽta per herbas Paſcebãt. Inde uenit* Paſcua. *Gal. paſturages.* Paſcor, *deponentale, uorare, comedere. Et uult accuſatiuum: Paſcitur herbas grex. Itidem depaſcor.*

*Lib.3. ca.58* Petere, *primò poſcere. Gall. prier, demander, faire requeſte. Maiorem in modum abs te peto. Petere conſulatum,*

ſulatum, petere dignitates, eſt ambire. Gallicè, briguer, pourchaſſer. Secundò accipitur in malum. Ouidius:

Summa petit liuor.

Petijt me lapide. Gall. il m'a tiré une pierre. Petijt me iaculo. Gall. il m'a tiré ung traict.

Malo me Galatea petit laſciua puella.

Appetere, eſt qualitercunque & qualiacunq; petere, etiam turpia & incommoda. Expetere, eſt appetere, tantùm petenda, id eſt, honeſta. Voluptatem appetimus, nemo expetit. Confunduntur interdum, ut Horatius: Amore qui me præter omnes expetit. &, Expetiuit uos Satanas. Lib. 5. cap. 7

Peruigil, qui nunquàm dormit, nec noctu, nec interdiu. Vigilare, eſt ad tempus, non ſemper. Pernox, eſt qui noctem ducit inſomnem. Inde pernoctare. Lib. 5. ca. 30

Perlegere. Gal. parlire, uſque ad finem legerem, uel totum, uel partem. Lib. 4. ca. 30

Perferre literas, ad eum cui miſſæ ſunt, ferre. Gal. porter iuſque ou elles s'adreſſent. Ferre, portare. Gall. porter. Multi ferunt, qui non perferunt.

Peragere reum, eſt uſque ad illius damnationem agere, id eſt, accuſare iuridicè. Lib. 5. ca. 30

Perorare, eſt finem orationis dicere. Peroratio, eſt finis, & concluſio orationis. Lib. 5. ca. 30

Perſuadere, eſt facere, ut quis credat. Gallicè, faire croyre, Suaſi illi multis argumẽtis, ſed nõ perſuaſi. Suadeo, id eſt, conſulo ut facias. Diſſuadeo, id eſt, conſulo ne facias. Hic ſuaſit, ille diſſuaſit, neuter perſuaſit: quia

*ſuis en doubte,ſi tu dis à bon eſcient,ou non.*

Non'ne,ergo'ne,ita'ne,*compoſita à* NE,*magis ſenſum extorquent,quàm interrogant.*

Lib.2.ca.18 Nedum, *penè eſt idem quod non ſolùm, ſed non uno modo eis utimur.*

Lib.2.ca.18 & 31.& lib.3.ca.24. Non modò,& non ſolùm(*quæ idem ualent*) *ſemper in priore parte orationis ponuntur:ut,*Non modò *te diligo,uerumetiam fratris loco amo.* Non *ſolùm pecuniam, uerumetiam uitam pro te impenderem.* Nedum *ferè ſemper in fine ponitur:*Ita *tamen, ut ſi oratio ſit negatiua,id quod minus eſt,ponatur in principio,& maius in fine:ſin affirmatiua,contrario modo fiet: ut,* Non *ſolùm laborem pro te ſuſciperem,uerumetiam mortē.* Non *crederem tibi obulum, nedum uitam meam.* Non *ſolùm non crederem tibi uitam, uerùm ne obulum quidem.* Eſt *item alia differentia inter nedum & non ſolùm :* Nedum *iungit partes inæquales : non ſolùm, æquales. Vnde & hac cauſa, non ſolùm, nonnunquam in orationis fine reperitur.*Cicero : *Plura ne dicam, tuæ me lacrymæ impediunt,ueſtræq;,*Iudices,*non ſolùm meæ.* Hic *non rectè diceretur,nedum meæ.*Nedum *nuſquam ponitur, niſi in oratione negatiua.*

Lib.3.ca.27 Neutiquam,& nequaquam *idem ſignificant.*

Lib.3.ca.20 Ne dicam, *hæc clauſula ſi ſequatur ſubſtantiuum, adiectiuum ponitur in accuſatiuo. Si interijcitur inter ſubſtantiuum & adiectiuum, relinquit utrunq; in nominatiuo.*Homo *imprudēs,ne dicam ſtultum,nō ſtultus:quia homo ſubſtantiuum præcedit.* Crudelis, *ne dicam impius & ſceleratus* Caſtor,*non ſceleratum* Caſtorē *: quia ſubſtantiuum*

*ſtantiuum Caſtor ſequitur.*

*In alijs caſibus nulla eſt ambiguitas,quia ſemper oportet conuenire adiectiuum & ſubſtantiuum:ut,* Non faceres *hæc magiſtro conſcio,ne dicam præſente: non, præſentem.*

*Interdum* tres negationes *non plus ualent quàm duæ:ut,* Nunquàm *tibi nec fiſus ſum, nec fidã: nihil aliud eſt dicere,quàm,tibi nec fiſus ſum,nec fidam unquam.Interdum* duæ negationes *ualent unam tantùm.Caue, ne me prouoces.Caue,includit negationẽ:&* NE, *eſt negatio:nec eſt aliud dicere, quàm, caue me prouocare. Simile eſt de metuo,timeo,uereor,prohibeo,impedio, &c. Sed quando in dictionibus eſt quædam contrarietas, non poteſt tolli gemina negatio, ut rectè dicitur,* Non modò *ſtellæ, ſed ne luna quidem ad ſolem ſeruat ſplendorem ſuum:uel ſic geminata negatione,* Non modò *nullæ ſtellæ,ſed ne luna quidem ſplendorem ſeruat.Sed,* Non modò *ſtellæ non apparent,ſed etiam luna ad ſolem obſcuratur: hìc non poſſet tolli una negatio,quia apparere & obſcurari ſunt contraria,&c.* Lib.3.ca.27

Nemus,*uide Sylua.*

Negotium *contrarium eſt otio.Quid tibi iſtic negotij eſt? Gall. quel affaire as tu cy endroit? Secundò negotium ſæpe inuenitur pro labore ſeu moleſtia:Quid negotij?id eſt,quid operis eſt?*

Necatus, *generale nomen: Veneno, ferro necatus.* Lib.6.ca.1

Nectus,*ferè non ponitur ſine adiectiuo,nec tam ſignificat mortuum,quàm propémodũ mortuum. Fame nectus,ſiti nectus,& ſimilia,Gall.preſque mort de faim ou* Lib.5.ca.5

*de ſoif. Bos eſt enectus arando.*

In Raud. Neceſſarij, *ſunt cum quibuſcunque nobis aliqua familiaritas & amicitia intercedit.* Inde neceſsitudo. *Vir mihi antiqua neceßitudine iunctus, id eſt, amicitia.*

In Raud. Nænia, *eſt cantus lugubris in funere. Capitur pro ineptia ſiue cantus, ſiue ſermonis. Horatius. Abſint inani funere næniæ.*

Næuus, *eſt macula corporis. Gallicè, une tache du corps, comme une uerrue.*

Lib.2.ca. 19 & lib.3.cap. 29.& 54. Niſi, *ſi in principio orationis ponitur, indicatiuum deſiderat, aliâs etiam ſubiunctiuum. Nullam tibi iniuriam irrogaui, niſi fortè beneficia in te mea iniuriam uocabis. In medio ſic, Vabulabis, niſi caues, uel niſi caueas.*

Lib.3.ca. 40 Nihil ad te, *id eſt, parum eſt ad comparationem tui. Eſt quidem bella urbs Traiectum, ſed nihil ad Coloniã. Gal. le Trect eſt belle uille, mais ce n'eſt rien au pris de Cologne. Terentius, Eſt'ne Thais, ut fertur, forma? Sanè, ſed nihil ad noſtram hanc.*

Lib.2. cap.3 Noſtras, ueſtras, cuias, *cuiatis, non ſolùm patriam, nationemq́; ſignificant, ſed etiam ſectam & partes. Cuias es tu? Noſtras'ne es, an externus? Ibi patriam ſignificat. Cuias es tu? Epicureus'ne, an Stoicus? hîc ſectam ſignificat.*

Lib.5. ca. 35 Nobilis *nonnunquam in malam partem accipitur, id eſt, notabilis. Nobile ſcortum. Gallicè, une putain renommée.*

Lib.6.ca. 20 Nominatim, *id eſt, expreſſo nomine. Gall. nommément.*

Noxa

Noxa, *primò pœna. Dedere noxæ, eſt dare ſeruum ad pœnam potius quàm præſtare maleficium, quod admiſit. Dedita noxæ mancipia. Secundò damnum. Ouid. Nocte nocent potæ, ſine noxâ luce bibuntur.* Lib.6. ca. 35

Noualis, *ager qui nunc primùm proſciſſus eſt, uel qui alternis annis ſeritur.* Lib.6. ca. 42

Nothus *Græcum eſt, ſignificat quocunque modo illegitimum. Gall. baſtard.* In Raud.

Nudiuſtertius, *eſt dies quæ eſt ultra heri.* Nudiusquartus, *Heri: non, nudiusſecundus. Gallic. hier. Nudiuſtertius. Gall. auant hier. Nudiusquartus. Gallicè l'autre auant hier. Nec ultrà licet progredi. Quamuis Plautus dicat, Nudiusquintus, ſextus. De perendie & pridie, uide loco ſuo.* Lib.2. cap. 31

Nuper, pridem, iampridem, *de paulo longiore tempore dicuntur, quàm dudum, & iamdudum, ſcilicet ſex menſium, medij anni, aut longioris, ſeu breuioris, pro conditione materiæ. Quod pridem tibi ſcripſi, id ipſum nunc repeto. Iampridem tua mihi fides cognita eſt. Vnde* PRIDEM *gaudet uerbis præteritis,* IAMPRIDEM *præſentibus.* Lib.2. ca. 34

Numeralia diſtributiua, *ſupra centum ſyncopantur, præter mille: infrà non. Duceni, ducenteni. Treceni, trecenteni. Quadringeni, quadringenteni. Quingeni, quingẽteni. Sexceni, ſexcẽteni. Septingeni, ſeptingenteni. Octingeni, octingenteni. Noningeni, uel nongeni, nongẽteni. Infra centũ, Singuli, bini, terni, quaterni, quini, ſeni, ſepteni, octeni, noueni, deni, undeni, duodeni, ternideni, quaternideni, quinideni, ſemdeni, ſeptenideni,* Lib.3. cap. 9 & li.1. ca. 14

*uel deni quaterni, deni quini, deni ſeni, deni ſepteni, deni octoni, deni noueni. Viceni, uiceni ſinguli, & uiceni bini, & uiceni terni, & c. triceni, quadrageni, quinquageni, ſexageni, ſeptuageni, octogeni, non octuageni, nongeni, uel nonageni, centeni. Hæc numeralia non ſignificant ſimpliciter numerum, ſed ſingulis tantùm: ut, Olim bini conſules creabantur: id eſt, ſingulis annis duo. Pater meus filijs dena pondo legauit. Tamen poſſet hic dici decem.*

Lib. 3. cap. 5 & li. 1. ca. 14 Item *hæc rarò in ſingulari numero inueniuntur. Poëtæ uerò & ſæpenumero ſingulari utuntur, & pro ſuis cardinalibus accipiunt frequenter, ſeptena pro ſeptem: biſſena pro bis ſex. Oratores non faciunt, niſi neceßitate compulſi. Primò, ut ſi numeratum careat ſingulari numero, ut, Binas ad te dedi literas, non duas. Binos ſcripſit codicillos. Secundò, ſi aut habeat pluralem, ſed diuerſi generis, aut ſi ſint diuerſæ ſignificationis: ut, ædēs & ædēs, litera & literæ. Trinum non eſt diſtributiuum numerale: Nam trinum eſt, quod complectitur ternarium numerum: ut, trinum nundinum, trina diuinitas.*

Ibidem. Nota, *his nominibus, utrique, ſingulis, cuique, unicuique, iungi tam diſtributiua quàm numeralia cardinalia. Numeralia aduerbia infra cētum ſyncopam habent: ſupra centum non ſyncopantur: ut uities, pro uiginties: tritiès, pro triginties: quadragies, pro quadraginties: quinquagies, pro quinquaginties: ſexagies, pro ſexaginties: ſeptuagies, pro ſeptuaginties: octogies, non octuagies: nonagies, non nouagies. Supra centum: Centies*

*ties, ducenties, trecenties, quadringenties, quingenties, ſexcenties, ſeptingẽties, octingenties, noningenties.* Mille, *bis mille, ter mille, quater mille, uities mille, trities mille, centies mille.*

## Regula numerorum.

*Infra centum, & ſupra uiginti ſemper minor numerus præponitur, & maior ſequitur, & hoc cum copula: ut, quartus & octogeſimus annus, quinque & uiginti. Sed ſi tollatur* E T, *maior præcedet, uiginti quinque, ſexaginta ſex, uiceni terni, uiceni ſeni: non, ſeni uiceni: niſi cum* E T. *Supra centum minor numerus poſtponitur. Centum & nouenos uixit annos. Anni quadringenti & ſeptuaginta, &c.* Mille *& quadringenti. Infra uiginti, maior numerus præponitur, & minor poſtponitur: ut,* Decem *& octo, decem & nouẽ, &c. aut certè ſunt unica nomina, tredecim, duodecim, &c.* Ibidem

*Iſta autem nomina, duodeuiginti, undetriginta, undecentum, duodecentũ, duodequadrageſimus, &c. non ſeruant prædictas regulas, quia ſunt nomina compoſita.*

## Nota.

*Vir malus nulla laceßitus iniuria, ab amicitia recedit. Vir bonus nulla laceßitus iniuria, ab amicitia recedet. Hæ orationes propter uim negationis, eiſdem uerbis contraria ſignificant. Sed in poſteriore oratione, Laurentius non auſit dicere recedit, ſed recedet, uel recedat.*

Nux, *eſt quicquid habet corticem durum, ut caſtanea, amygdalum, auellana, iuglans.* Poma, *uide loco ſuo.* Lib.4.ca.28

Nutriri, *eſt paruulorum, ut creſcant. Inde nutrices,* Lib.5.ca.46

*trices, nutricijq́; dicuntur, qui aut alunt, aut aluerunt pueros.*

Lib.5.ca.84 Nutare, *eſt magnæ molis ruinam minantis: ut, quercus annoſa nutat. Gall, bransler. Transfertur ad animum dubitantem, quò ſe potiſſimùm conferat.*

Lib.6.ca.15 Nuntius *in maſculino, ſignificat tum id quod nuntiatur, tum eum qui nuntiat. In neutro, non inuenitur. 4. Reg. 7. Hæc eſt dies boni nuntij. Gallicè, ce iour eſt de bonne nouuelle. Nuntio de matris exceſſu, nihil fuit acerbius.*

Lib.6.ca.27 Numen, *eſt poteſtas ſeu imperium, deorum duntaxat.*

In Raud. Nugæ *nugarum, ſermones leuium rerum, & nullius ponderis. Gall. gaberies: ut ſermones aniles, nugas uocamus.*

In Raud. Nunquid, *de uno interrogat:* An, *de pluribus, nonnunquam de duobus. Nunquid, interdum eſt nomen, non aduerbium: ut, Nunquid uis? Gall. ueulx tu rien?*

## O

Lib.2.cap.13 O', *interectio tribus caſibus iungitur, nominatiuo, accuſatiuo, & uocatiuo: ſignificat autem uehementiam affectus. O' hominem perditum. O' te infelicem. Si autem affectus non ſit tam uehemens, poteſt relinqui ò: ut, Indignum facinus: iniuriam irrogauit: inſuper & conuitium fecit. Si affectus eſſet uehementior, dicendum eſſet, O' indignum facinus.*

Lib.2.ca.49 Obiter, *id eſt, ſpecialiter, prò tali cauſa, uel ſtatim, Quintiliani ſeculum poſuit. Sed re uera ſignificat interim, ſiue incidenter.*

Obuius

Obuius fio tibi, *obuiam me tibi fero, obuius ue-nio, uel obuiam, obuium me tibi fortuna obtulit: idem ſi-gnificant. Habui illum obuium, uenit mihi obuiam: idem ſunt.* Lib.3.ca. 77 & lib. 5. ca. 107.

Obſeruo,*primò idem quod attendere. Gall. guet-ter, uiſer. Obſerua quò abeat magiſter. Gallicè, guette ou ua le maiſtre. Et capitur frequenter in malam partem. Obſeruamus eum, cui parum fidimus. Secundò ſignificat uenerari cum quadam admiratione uirtutis: ut, Mihi ſta-tutum eſt te amare, te colere, te obſeruare. À priore ſigni ficato uenit* obſeruatio, *à ſecundo* obſeruantia. *Pro mea obſeruantia, id eſt, pro meo amore, uel reueren-tia. Fratres de obſeruantia non dicitur, ſed de obſerua-tione.* Lib.4.cap.3

Obire,*id eſt, exequi. Obeo legationem, obeo prouin ciam. Vt apud Statium Chiron de Achille:* Lib.5.ca. 44

*Olim ferre minas, audita & obire ſolebat*
*Imperia: id eſt, exequi quod imperabã. Obeo mortem, id eſt, adeo, uel perago mortem. Cùm dicitur obijt, ſub-intelligitur ſemper* MORTEM. *Sicut defunctus eſt, ſubaudi, uita.*

Obruere, *opprimere mole. Gall. couurir du tout. Obrutus undis, id eſt, ſubmerſus. Obrue terra. Gall. enſe-uelis. Transfertur ad animum. Obruis me tuis beneficijs. Stomachus cibo obruitur, & uino immodico.* Lib.5.ca. 55

Obſes, *eſt qui traditur imperio alterius, ea condi-tione, ut ſi dator obſidis à fide recedat, recipienti ſit ius in corpus obſidis: ut, Reges ab urbibus in fidem pacis obſeruandæ accipiunt, & dant obſides. Gall. oſtaiges.* Lib. 6.ca. 21

Obſo

*tement.* Odores *pluraliter odoramenta: ut,* Odores *Arabæi,odores Sabæi.*

Officium, *id quod facimus,ut debemus pro rerum, locorum, perſonarum exigentia.* Officium *diſcipuli eſt patris loco præceptorem uenerari:id eſt,debet.Gall.c'eſt l'office d'ung diſciple.Vide ut tuo fungaris officio,quando ego perfunctus ſum meo.Gal.regarde à faire ce que tu dois, puis que i'ay faict ce que ie deuoie. Secundò officia ferè accipiuntur pro beneficijs, ſiue obſequijs. Id tua in me faciunt officia, ut nihil tibi negandum putem.*Ter*tiò,officium eſt functio. Gallicè, office, eſtat, ut Magiſtratus.Inde officiales uocamus. Quartò, officium,quod quiſque debet præſtare. Gallicè, l'office ou l'eſtat d'ung chaſcun. Officium medicinæ. Officium architecti.Officium fabri.* Lib.4.ca.30 & li.6.c.39

Officina,*eſt ubi opera opificum fiūt.Gallicè, l'ouuroir.Officina ſtatuarij, fuſoris,flatoris,uitrarij, pictoris,ſutoris, cælatoris, excuſoris, fabri.* Taberna, *uide loco ſuo.* Lib.4.ca.44

Offendo,*primò ad iram prouoco.Gal.faire offenſe.Inde offenſa: ut, Grauis offenſa eſt mentiri. Secundò, reperio,uel obuium habeo. Si te uſpiam offendero ſolum, dabis mihi pœnas.Gal.ſi ie te trouue ſeul quelque part,ie te puniray.* Lib.5. cap.2

Oleaſter,*eſt olea ſylueſtris. Gal.ung oliuier ſauluaige.Olea,frugifera.*

Olim *tam futurum,quàm præteritū ſignificat.Olim literæ in pretio fuerunt. Gallicè,au temps iadis les lettres furent en eſtime. Olim te pœnitebit inertiæ tuæ. Gallicè,* Lib.3.ca.35

*licè, Tu te repentiras quelque ſois d'auoir eſté pareſſeux. Secundò olim, idem eſt quod aliquando.* Horatius:

*-Vt pueris olim dant cruſtula blandi*
*Doctores, elementa uelint ut diſcere prima.*

In Raud. Iam olim, *uel* olim iam. *Gall. depuis long temps en ça. Olim autem præteritum aut futurum poſcit: Iam*

Lib.4.ca.76 *olim præſens. De olim exempla habita ſunt. De iam olim exempla, Iam olim mihi ſumma neceßitudine iunctus es, id eſt, ex multo tempore, & adhuc. Iam olim barbaris odio ſunt literæ, id eſt, diu fuerunt, & adhuc ſunt.*

Omnimodè & diuerſimodè, *nõ ſunt Latina.*

Omnifariam & multifariam *Latinè dicitur.*

Opera, *operæ, ſignificat ipſam actionẽ, & laborem.*

Opus, *operis, ſignificat ipſum, quod agitur: ut, Faber cudendo galeam, impendit operam, id eſt, actionẽ cudendi.* Opus *autem dicitur ipſa galea, quæ cuditur. Opus manuum mearum, dicitur liber à me ſcriptus. Itaq; opus eſt fructus operæ.* Operæ *dicuntur ipſi, qui debent aut præſtant operã. Horatius: Accedes opera agro noua Sabino. Id eſt, nouus foſſor. Operæpretium ab operis dicitur, ſignificat utile, ad rem pertinens. Gall. proufit du labeur.*

Lib.1.ca.21 Operoſus, *multæ operæ. Operoſa ſtructura, id eſt, multi operis. Gall. maſſonnerie de grand labeur.* Operoſè, *id eſt, laborioſe.*

Opitulari, *id eſt, auxiliari, dicitur ab opem fero, quod habet tuli in præterito.*

Lib.3.ca.86 Opinio *nunc actiuè, nunc paßiuè ſignificat, ſicut omnia uerbalia in io: præter hæc, ſuſpicio, obliuio, offenſio, quæ*

*ſio, quæ ferè paßiuè ſignificant.* Dabo operam, ne unquam tua te de me fallat opinio, hîc actiuè. Homo magnæ opinionis, hîc paßiuè capitur. Venit mihi Petrus in ſuſpicionem furti, id eſt, ſuſpicor furtum de eo. Videor mihi poſt tanta in te merita in obliuionem ueniſſe. Obliuio tua, qua obliuiſceris. Obliuio tui, qua alius tui non meminit.

Oppidum, *dicitur omnis ciuitas, præter Romam, quæ prima urbs uocari cœpta, fecit ut cætera oppida, urbes uocarentur.* Lib.4.ca.20

Opifex, *qui exercet artẽ manuariam.* Gall. ouurier. Lib.5.ca.44

Opificium, *exercitium artis, artificium.* Gallicè, *ouurage.*

Oppetere, *aut accuſatiuum habet expreſſum, aut ſubauditum, & ſignificat mori.* Aiax maluit millies mortem oppetere, quàm ſemel mulieribus inſeruiſſe. Innumeri in hac pugna oppetiere milites: id eſt, perierunt. Gallicè, il eſt mort de gens de guerre ſans nombre en ceſte bataille.

Oriundus, *iungitur primò ablatiuo cum præpoſitione à uel ab.* Oriundus à Gauda, à Roma. Nos Hollandi à Troianis ſumus oriundi, id eſt, originem ducimus à Troianis. *Secundò ablatiuo ſine præpoſitione.* Oriundum Alba ſacerdotium. *Tertiò aduerbijs: ut,* Inde ego ſum oriundus, unde tu. Ortus, *genitiuum habet.* Ortus Gaudæ, id eſt natus illic. Lib.3.ca.57

Ordo, *ſuo quicque loco diſponit.* Gall. renc, ordre, *ut in acie, in ſupplicationibus.* Series. Gallicè, *ſuite, eſt rerum quædam continuata progreßio.* Inter annos ſeries Lib.4.ca.14

*ries eſt uerius quàm ordo. Equeſtris ordo dicitur, non ſeries.*

In Raud. Orcheſtra, *eſt locus ubi ſaltabatur publicè, & ſimilia fiebant, circunſedentibus nobilibus, & plebe circunſtante. Interdum uſurpatur pro conſeſſu honoratiorum.*

*Lib.4.ca.48* Orator, *uide in Rhetor.*

*Lib.4.c.106* Orbus, *a, um, qui priuatus eſt re admodùm chara: ut parens ſuis liberis orbus eſt. Inde* orbitas. *Secundò, orbus, a, um, pro orphano nonnunquam accipitur, & orbitas pro orphanitas. Filius dicitur orbus amiſſo parente. Orbum pro uacuum dixit Horatius: Forumq; litibus orbum.*

*Lib.5.ca.29* Orare, *eſt rogare.* Exorare, *rogando impetrare. Sine, hac una in re te exorem. Nota ſunt hæc.*

P

*Lib.5.ca.73* Pacificatus ſum, *id eſt, pacem feci.* Pacatus ſum, *id eſt, in pace ſum, uel receßi ab armis.* Placatus ſum, *depoſui offenſionem. Gall. ie ſuis appaisé.*

*Lib.5.ca.74* Parem eſſe, *id eſt, ſufficere. Non ſum par tanto oneri. Quintilianus: Aſpicio par laboribus corpus. Impar dolori animus.*

In Raud. Pariformiter, *non inuenitur, ſed* pariter, *ſiue ſimiliter, ſiue itidem.*

In Raud. Pancratiaſtes, *eſt qui ad omne genus certaminis ualet.*

In Raud. Papula, *Gall. quelque bourion en la face. Eſt puſtula ſimilis næuo.*

In Raud. Pabulari, *eſt pabula carpere manibus, aut falce, in*

*paſtio*

*paſtionem iumentorum.*

Parentare, *eſt mānibus defuncti, uel potius occiſi ſatisfacere: & producit primam. Inde Parentalia, honores funerales.* Lib.4.ca.23

Paria facere, *eſt quod alibi omiſſum eſt, aliunde compenſare: ut, Ille qui cōfitebatur ſe hominem necaſſe: rurſum autem generaſſe hominem, paria facit. Item quando natura puſillos corpore, magnos animo creat è cōtrario, paria facit. Gall. elle recompenſe. Ingenio pollēs cum robuſto, paria facit: Id eſt, æquat robuſtum.* Lib.5.ca.47

Paſsim, *id eſt, ſparſim. Huius rei exemplum in ueterum ſcriptis paßim reperies. Armenta paßim paſcunt. Vergilius:* Lib.6.ca.19

*Strata iacent paßim ſua quæque ſub arbore poma.*

Pannoſus, *qui craſſo, ac uili panno opertus eſt: ut pauperes pannoſos dicimus.* Lib.1.ca.21

Parumper, & pauliſper, *id eſt, paruo tempore. Imperiti accipiunt pro paululum & parum, ſed falsò: ſunt enim aduerbia temporis. Pauliſper gaudere poteſt, qui tamen multùm gaudeat. Parum interdum ſonat non ſatis. Quod tibi parum eſt, mihi minimum eſt.* Lib.2.ca.48

Parentheſis, *eſt interiectio orationis in ſermone, qua remota, ſermo manet integer. Ea cum ſemper uenuſta eſt, tum plurimum uenuſtatis habet, quum fit per* QVI, *aut* IS, *aut per* VT. *Si modò culpam tuam faſſus eſſes, pater ( qua indulgentia eſt ) omnia tibi ignouiſſet. Gallicè, ſi tu euſſes confeßé ta faulte, ton pere (ueu la grande facilité qu'il ha) le t'euſt pardonné. Id flagitij ſi præſens uidiſſet parens ( eius ſeueritatis eſt) te membra-* Lib.3.ca.11 & 84

h tim

*tim diſcerpſiſſet. Si hanc noxam Petro imponere pergis, ille ( ut impudentiſſimus eſt ) in te eam retorquebit.*

*Lib.4.ca.20* Patronus, *qui accuſatum defendit, uel quemcunque alium afflictum. Niſi tu mihi patronus adſis, nulla emergendi ſpes eſt.* Patrocinari, *id eſt, protegere quemcunque.* Patrocinium, *id eſt, tutela.* Aduocatus, *quicunque paratus uenit alium defendere, etiam ſi nihil agat.*

*Lib.4. ca.51* Paraſitus, *qui ſuit les loppins: id eſt, qui omnia facit dicit'ue ad uoluntatem alterius, uentris gratia: qualis ille Terentianus Gnatho.*

*Lib.4. ca.53* Paſtio, *nõ tam ſignificat actũ paſcendi, quàm ipſum cibum, ſed propriè glandes, poma, hordeum, legumina. Gal. Glands, pommes pourries, orge. & eſt pecudum.* Pabulum, *id ipſum ſignificat, ſed eſt aliorũ quoq; brutorum: eſtq; propriè cibus herbaceus, fœniceus, paleaceus, ſtramentitius potius quàm ſeminum.*

Paſtus, *eſt hominum. Literarum conſuetudo gratiſſimus animorum paſtus eſt.*

*Lib. 4. ca. 53* Paſco, *actiuè. Gallicè, garder les beſtes. Paſce oues meas. Sed paſco neutrale, eſſe in paſcuis. Gallicè, paiſtre. Vergilius: Paſcentes ſeruabit Tityrus hœdos. Ouidius: Mille greges illi, totidemq; armẽta per herbas Paſcebãt. Inde uenit* Paſcua. *Gal. paſturages.* Paſcor, *deponentale, uorare, comedere. Et uult accuſatiuum: Paſcitur herbas grex. Itidem depaſcor.*

*Lib.3. ca.58* Petere, *primò poſcere. Gall. prier, demander, faire requeſte. Maiorem in modum abs te peto. Petere conſulatum,*

*ſulatum, petere dignitates, eſt ambire. Gallicè, briguer, pourchaſſer. Secundò accipitur in malum. Ouidius:*

*Summa petit liuor.*

*Petijt me lapide. Gall. il m'a tiré une pierre. Petijt me iaculo. Gall. il m'a tiré ung traict.*

*Malo me Galatea petit laſciua puella.*

Appetere, *eſt qualitercunque & qualiacunq; petere, etiam turpia & incommoda.* Expetere, *eſt appetere, tantùm petenda, id eſt, honeſta. Voluptatem appetimus, nemo expetit. Confunduntur interdum, ut Horatius: Amore qui me præter omnes expetit. &, Expetiuit uos Satanas.* *Lib. 5. cap. 7*

Peruigil, *qui nunquàm dormit, nec noctu, nec interdiu. Vigilare, eſt ad tempus, non ſemper.* Pernox, *eſt qui noctem ducit inſomnem. Inde pernoctare.* *Lib. 5. ca. 30*

Perlegere. *Gal. parlire, uſque ad finem legerem, uel totum, uel partem.* *Lib. 4. ca. 30*

Perferre literas, *ad eum cui miſſæ ſunt, ferre. Gal. porter iuſque ou elles s'adreſſent. Ferre, portare. Gall. porter. Multi ferunt, qui non perferunt.*

Peragere reum, *eſt uſque ad illius damnationem agere, id eſt, accuſare iuridicè.* *Lib. 5. ca. 30*

Perorare, *eſt finem orationis dicere.* Peroratio, *eſt finis, & concluſio orationis.* *Lib. 5. ca. 30*

Perſuadere, *eſt facere, ut quis credat. Gallicè, faire croyre, Suaſi illi multis argumētis, ſed nō perſuaſi.* Suadeo, *id eſt, conſulo ut facias.* Diſſuadeo, *id eſt, conſulo ne facias. Hic ſuaſit, ille diſſuaſit, neuter perſuaſit: quia*

*neutrum ſequar, ſed meam ipſius ſententiam. ita non re-ctè dicitur, diſſuaſi, id eſt, reuocaui à ſententia, ſed per-ſuaſi ne faceret, ſiue reuocaui à ſententia.* Perſuaſio, *eſt firma ſententia: & fides propriè dicitur perſuaſio, qua certò credimus audita potius quàm uiſa.*

Lib.5. ca. 31 Periurus, *qui iuſiurandum uiolat.* Peierare, *eſt falſum iurare, Periurer.*

Lib.5.ca. 34 Perlucidus, *a, um, ſiue pellucidus, a, um, quod trāſ-mittit aſpectū. Gal. choſe par laquelle on uoit à trauers. Et refertur ad corporea. Aqua pellucet ad imum.*

Perſpicuum, *per cuius mediū uidemus. Gall. choſe clere: ut, uitrum, glacies, laterna, cryſtallus, gemma. Sed perſpicuum refertur ſæpe ad incorporea, pro manifeſto.*

Lib. 5. ca. 31 Perditus, *eſt qui in omne ſcelus traditus eſt. Perdi-tiſſimi mores. Perdita uita.*

Pertinax, *qui nimis eſt tenax ſuæ ſententiæ. Gall. obſtiné.*

Lib. 5.ca. 31 Perfuga, *generis communis, qui fugit ad hoſtes. Gallicè, ung qui s'eſt retiré aux ennemis. Idem transfuga dicitur.*

Lib.5. ca. 13 Perfluere, *tranſmittere liquorem. Gall. s'eſcouler de tous coſtés: ut, lagœna malè compacta perfluit. Ca-ue huic quicquam committas, quod tacitum uelis: nam undiq; perfluit. Gallicè, garde toy bien de luy commettre choſe, que tu uueilles eſtre tenue ſecrete: car il s'eſcoule de tous coſtés.*

Ibidem Perpluere, *tranſmittere pluuiam. Gall. receuoir la pluye. Tectum conclauis noſtri perpluit. Gallicè, il pleut parmy la couuerture de noſtre chambre. Domus per-pluit*

*pluit. Cœnaculum perpluit.*

Perſequor, *id eſt, inſector. Saule, Saule, qd me per- ſequeris? Perſequor, perſeuero exequi, quod cœperam. Perſequere, quod rectè cœpiſti. Gal. pourſuis ce que tu as bien commencé.* **Lib.5.cap.32**

Percontari, *eſt interrogare, ſed arguendi cauſa.* Sciſcitari, *ſciendi gratia: interdum confunduntur.* **Lib.5.ca.61**

Peroſus, & exoſus, *tantùm actiuè ſignificant. Vergilius: Lucemq; peroſi.* **In Raud.**

Penſile, *eſt quod pendet. Vua penſilis, Horti penſi- les, id eſt, in aëre pendentes.* **Lib.1.cap.8**

Peplus, *non peplum, Græcum eſt, ſignificans ue- ſtem.* **In Raud.**

Perpendere, expendere, *eſt exactè ponderare atq; examinare. Gallic. peſer & examiner. Cicero: Quæ contemplantes, expendere oportebit, quid quiſque ha- beat ſui. Idẽ: Quid in amicitia fieri oportet, quæ tota uir tute perpenditur?* Appendere, *eſt per pondus trade- re. Gall. meſurer ou bailler au pois. Appendi uuas, appen di pecuniam, &c. Cicero, Vt iam appendatur pecunia, non numeretur.* Impendere *à pendo, ſignificat in- ſumere. Gallicè, employer. Inde impendium & impenſa.* Impendere, *à pendeo, ſignificat immimere iamiam ca ſurum. Multa capiti tuo impendent. Gal. ta uie eſt en dan- gier de beaucoup de choſes. Mors omnibus horis impen- det nobis. Nubes impendent.* **Lib.5.cap.82**

Penetrale *ſubſtantiuum, eſt interior pars ædificij uel regiæ.* Penetrabile, *adiectiuum, eſt quod fa- cilè penetrat, aut quod facilè penetratur. Telum pene-* **Lib.6.ca.26**

*trabile. Frigus penetrabile. Saxum ferro impenetrabile, quod non penetrari poteſt.*

Lib.6.ca.34 Perſona, *ſignificat eam qualitatem, qua homo differt ab homine, tum in animo, tum in corpore, tum in extrà poſitis: quæ à rhetoricis enumerantur in attributis perſonæ: ut Hector ad Priamum perſona filij eſt, ad Aſtyanactem perſona patris, ad Andromachen perſona mariti, ad Paridem perſona fratris, ad Sarpedonem, amici, ad Achillem perſona inimici. Sunt autem & perſonæ in diuinitate, & quidem qualitates, nõ ſubſtantiæ, ſi Vallæ credimus, Pater, filius, ſpiritus ſanctus. Sed qualitas eſt ea, quæ poſsit abeſſe citra ſubiecti corruptionem, falſa & Græcula eſt definitio. Calor enim & lux in ſole nũquàm abeſt. Secundò per translationem perſonas dicimus in ſcena, qui exprimunt geſtu & habitu uel ſenem, uel amatorem, uel auarũ, uel iactabundũ, &c. Gnatho & Thraſo perſonæ ſunt. Inde perſonatus. Tertiò dicimus perſonas figuras eminentes, quæ aquas ore uel mentula fundunt, eoq́; uarios uultus & geſtus exprimunt. Gallicè, marmouſets.*

Lib.6.ca.40 Peculium, *eſt quicquid labore noſtro partum eſt, & quod repoſuimus nobis. Hinc peculium caſtrenſe: & ſerui habent peculium. Secundò eſt quod propriè eſt alicuius. Inde peculiare, id eſt, propriũ.* Peculariter, *id eſt, propriè & ſingulariter. Me uelim peculij iure utare. Quicquid meo officio præſtari poteſt, id totum tibi peculiare ducas uelim.*

Ibidem Peculatus, *eſt furtum rerum ad rempu. aut ad prouentus principis ſpectantium. Inde* Depeculor, *quod*

*quidam*

*quidam etiam ad ſacrilegium transferunt.*

Pellex,*eſt quæ miſcet corpus cum uiro cui uxor legi tima eſt,& refertur ad uxorem:neq; enim dicitur pellex adulteri,ſed pellex uxoris.* Lib.6.ca.48

Penes,*præpoſitio,non ſolùm locum,ſed etiam domi nium ſignificat. Nonnunquàm cum acceßione laudis,aut uituperij,commodi, uel incommodi. Fides penes autores ſit. Liuius, Vt penes eoſdē pericula belli,penes quos præmia eſſent. Nonnunquàm tamen pro apud accipitur. Penes ſcenam,id eſt,apud ſcenam.* Lib.6.ca.54

Perduellis,*idem eſt quod hoſtis,qui cōtra nos bella gerit:* Duellum *enim idem eſt quod bellum.* In Raud.

Perduellio, *perduellionis, qui aut reipublicæ, aut principis læſit maieſtatem.*

Penuarium, *ſiue* Penarium, *ubi reponuntur edulia. Gallicè,ung gardemanger ou deſpenſe. à Penu ſiue penus,qui commeatus eſt domi repoſitus.* Lib.1.cap.6

Permiſſu,*in ſingulari numero, quartæ declinationis:in plurali ſecūdæ eſt,permiſſa permiſſorum. Permiſſu magiſtri id feci. Gall. ie l'ay faict par la permißion du maiſtre. Horatius: Vtar permiſſo.* Lib.1.cap.7

Per,*iunctū nominibus adiectiuis,aduerbijs,ſiue uerbis,uehementiam ſignificat.* Perplacet,*id eſt, ualde placet.* Perbenignus, Perpulchrè. Lib.3.ca.64

Perquàm, *idem ualet quod quàm, & ſimili modo iungitur:ut, Nuntius matris tuæ defunctæ mihi perquàm acerbus fuit. Cauendū ne iſta duo* Per, & Perquàm, *ſuperlatiuis,aut comparatiuis iungantur. Non enim dicimus perquàm optimus,ſed peroptimus.* Lib.1.ca.17

Lib.2.ca.50 Perinde, *primò ualet idem quod* ITA, *& poſcit poſt ſe* AC SI, *uel* ATQVE SI. *Perinde in iſta re tua faciã, ac ſi mea res eſſet. In negatiua oratione poteſt ſequi* QVAM. *Nulla mihi res perinde dolet, quàm tui perditio. Secundò capitur pro* AEQVE. *Legi literas tuas ſuaues, ac perinde eruditas. Nactus ſum præceptorẽ eruditum, ac perinde grauem, id eſt, æquè honeſtum. Tertiò capitur pro ita, id eſt, multùm, ſed cum negatione. Nihil attulit: quare aduentus illius non perinde gratus fuit. id eſt, non multùm gratus.*

Lib.3.ca.46 & lib.4.c.18 Pœnitet, *primò doleo factũ. Gal. ſoy repentir. Pœnitet me conuitij quod in te dixi. Secundò, pudet uel tædet. Liuius, Nec me eorum eſſe ſententiæ pœnitet: id eſt, pudet. Vergilius, Nec te pœniteat calamo triuiſſe labellũ, id eſt, tædeat. Quidam exponunt pro parum uidetur, ſed falsò, ſi Vallæ credimus. Terentius tamen dixit: Me quantum hic operis fiat, pœnitet. Inde pœnitendum dicimus. Meruit ſub præceptore non pœnitendo.*

Lib.4.ca.35 & li.6.ca.56 Penus, *dicitur omne id, quod repoſitum eſt ad uictũ priuatum duntaxat. Gallicè, la prouiſion pour la famille.* Commeatus, *uide loco ſuo.*

Lib.4.ca.42 Pecus, *pecudis, ſignificat animal, quod paſcitur ſub imperio hominum: ut bos, uacca.* Pecus *pecoris, primò ſignificat idem quod pecus, pecudis. Secundò ſignificat multitudinem pecudum, ſed propriè gregalium minutorum, porcorum, caprarũ, ouium, hircorum. Tertiò ſignificat ouem. Quintil. Cur in uſum ueſtium ſæpe pecori lanæ detrahuntur?*

Lbi.4.ca.82 Peregrinus. *Gal. eſtrangier, qui ex noſtra ciuitate*

*non eſt.*Inde Peregrinari. *Porrò quod Grammaticu-li noſtri forenſes, uocant peregrinos, ſuo more loquũtur barbarè.*

Pergameni, *ex Pergamo oppido Aſiæ prouinciæ.* *Lib.4.ca. 85* *Vnde* Pergamenæ, *dictæ ſunt membranæ: eò quòd il-linc ab Attalo rege, membranarum copia miſſa eſt.*

Perfidus, *penultima correpta, qui fidem uiolat: à fi-des dicitur.* *Lib. 4. c.130* Inde Perfidia. *Perfidis non æquum eſt ſer-uare fidem.* Infidus, *penultima producta, eſt cui non eſt fidendum, ſiue qui fidem non ſeruat. Venit à fido, is, ere. Gall. desleal.* Fidus, *cui fidendum eſt. Gallicè, leal.* Fidelis *eſt inferior erga ſuperiorem. Fidelis ſeruus, fidus amicus. Hoc tamen non eſt perpetuum.*

Peruenire, *eſt uenire eò, quò ibamus. Peruenimus* *Lib.5.ca. 96* *in urbem, in montem.*

Pituita, *eſt omnis humor, qui ore, naribus'ue fluit.* In Raud. Catarrhus *Græcum, idem ſignificat. Pituita Latinum eſt. Niſi quòd pituita generalius eſt. Catarrhus eſt humor ex alto defluens.*

Pileum *dicitur, non pileus.* fallitur v. Gell. l.7 c.4

Pignus, *pignoris, ſignificat aliquid, quod datur* *Lib.6.ca. 49* *gratia certitudinis: ut creditori datur pignus. Et qui de-certant, deponunt pignora. Secundò, pignora, non pigne-ra, dicimus filios, eò quòd ſint pignora coniugij, aut cha-ritatis inter maritum & uxorem.* Repignerare, *dici-tur recipere pignus. Nec mirum pignoris, o, habere in ge nitiuo, cum uerba ab eo nata habeant e, quando à fœnus fœnoris, dicitur fœnero: à frigoris, refrigero: à penus pe-noris, penetro: à temporis, tempero, non temporo: à*

*littoris,oblitero,mutata ſemper o in e.* Oppignerare, *eſt dare aliquid arraboni, quam quidam arram uocant. Idem ſignificat pignero pigneras.* Pigneratitius, *a, um.Res pigneratitia,oppoſita pignori.Gal.choſe engagée,ou baillée pour les arres.*

In Raud. Pinna,*eſt faſtigium turrium,aut ædificiorum.Gal. creneaux.Inde pinnaculum.*

Pinaſter,*pinus ſyluestris.*

Plangere,*& Plorare,uide in Flere.*

Lib.5.ca.73 Placatus ſum. *Gallicè, ie ſuis appaiſé. uide in Pacificare.*

Lib.5.ca.92 Placere,*quoties reciprocè ponitur, in uitium accipitur:id eſt, pro ſuperbire & mirari ſeſe. Tu tibi places opum fiducia.Hic omnes cõtemnit,ſe unum miratur, ſibi uni placet,de ſe ſolo magnificè ſentit.*

Lib.6.ca.58 Plumbatura,*eſt glutinatio,uel oblinitio,quæ plũbo fit.Gall.ſouldure.*

Lib.1.cap.6 Plantarium,*& Planta idem ſunt.*

Lib.3.cap.33 Plenus, *tam genitiuo quàm ablatiuo iungitur. Res plena doloris,uel dolore:plenus uino,uel uini.* Impleo *ablatiuum regit, tamen Liuius iunxit genitiuo. Idem fecit Vergilius.*

Lib.3.ca.40 Pluit,*ablatiuo iungitur,Pluit ſanguine.Pluit lapidibus.Ningit,nullum caſum admittit.*

Lib.4.ca.90 Plerique, *ſignificat penè omnes. Pleroſq; dignitas accepta facit contumaces. Secundò, nonnullos. Non attenditis, multi ueſtrum fabulis uacant,pleriq; dormitant, id eſt,nonnulli.*

Ibidem Plerunque, *aduerbium, id eſt, penè ſemper. Ita*

*plerunque*

*plerunque fieri ſolet, ut qui maximè deſipiunt, ij ſoli ſibi ſapere uideantur.*

Poſcere, *eſt rem debitam petere. Gallicè demander.* **Lib.5.cap.58**
Repoſcere, *repetere quod debetur. Gall. redemander. Tu'ne repoſcis, quod donaſti? Repoſce librum à Petro, quem commodato accepit.*

Poſtulare, *eſt exigere rem honeſtam & conuenientem. Res poſtulat, locus non poſtulabat: tempus, cauſa poſtulat.* **Lib.5. ca. 68** Expoſtulare, *eſt cum querela accuſare, & deſyderare officium amici. Hieronymus ad Auguſtinum: Ne tu iure expoſtulares, & diceres, &c. Iungitur autem ferè cum ablatiuo, intercedente præpoſitione* CVM*: ut, Neq; ſcribis quicquam, neq; quæ ſcribo facis. Itaq; quan quam habeo quod tecum iure expoſtulē: tamen malo rem nō tuæ inertiæ, ſed occupationibus imputare. Quid enim habes, quod mecum expoſtules. Gall. qu'as tu, dont tu te puiſſes plaindre de moy? Flagitare, quære loco ſuo.*

Portitor, *eſt cuſtos portus, pontis, uel ripæ, qui uectigal à tranſeuntibus applicantibusq́ue exigit. Gall. garde de ports, ou paſſeur.* **In Raud.** *Vergilius:*

*Portitor ille Charon.*

Poſſeſsio, *eſt ipſa proprietas rei. Gallicè, poſſeſsion: Vel res poſſeſſa. Vnde poſſeſsiones uocamus bona ſoli, ſeu immobilia, domos, agros, areas, prædia, &c. Transfertur & ad res animi.* **Lib.6.ca. 41**

Portare, *eſt baiulare corpore iumenti, aut ſuo. Gall. porter. Portamus ea quæ iumēto nobiſcū ducimus. Portamus & ipſi, cùm imitamur iumenta: ut, Ruſticus portat humeris agnum, uitulum, aut porcum.* Ferre *autem* **Lib.6.ca.;ė**

in

*in proprio corpore eſt, ſed minus.* Ferimus *anulum, librum.* Atlas *portat cœlum.*

Lib.6. ca.55 Poſteri, *ſiue minores (quæ idẽ ſignificant) ſunt quicunque ex nobis, & poſt nos nati ſunt: filius, nepos, pronepos, abnepos, atnepos, trinepos, & cæteri, qui nomine carent, poſteriores ſeu minores uocantur.*

In Raud. Popina, *eſt locus ubi caro cocta publicè uenditatur.* Gallicè, *rotiſſerie, cabaret. aut ubi priuatim guloſa familia extraordinariè ligurire & obſonare conſueuit,* Gall. *la cuiſine.*

Lib.1. cap.6 Pomarium, *hortus arboribus pomiferis conſitus,* Gall. *une pommeraye, uel locus ubi reponuntur poma.*

Pomœrium, *eſt locus extra uel intra mœnia urbis ad deambulandum, in quo ædificare non licet: quaſi ponè, id eſt, iuxta mœnia.*

Lib.6. ca.6. Portorium, *uectigal quod exigit portitor.* Gall. *le peage.*

Lib.2. ca.24 Porrò *idem ſignificat quod autem & uerò: ſed illa non ponuntur in initio orationis: illud ferè ſemper.* Item *inuenitur apud quoſdam pro longè, certè, poſteà, ultrà: ut apud Vergilium &* Hieronymum.

Lib. 2. ca.10 & 33 Poſtridie, *id eſt, ſequente die.* Gall. *le lendemain. refertur tam ad tempus futurum, quàm ad præteritum.* Poſtridie, *quàm tu uxorem duxeras, ego certior factus ſum.* Gall. *Dés le lendemain que tu euz eſpousé femme, i'en ay eſté aduerti. Aut certè iungitur genitiuo.* Poſtridie *eius diei quo feci hoc.*

Poſtridianus, *non dicitur.*

Lib.2. ca.56 Poſthac, *poſt hoc tempus.* Gall. *doreſenauant.* Ad-

uerbium

uerbium temporis eſt,uide in Antebac.

Pondo,indeclinabile neutri generis. Duo millia pondo, ubi eſt genitiui caſus. Mille pondo, nominatiui eſt. Gall. mille liures. Bis mille pondo, genitiuus non eſt, quia mille adiectiuum eſt. Caret ſingulari: tamen non dicimus,bina,trina pondo,ſed tria,&c. Lib.3.ca.15

Potior tum tertiæ, tum quartæ coniugationis eſt, potior poteris,uel potiris. Regit hoc nomen RERVM, ſemper ferè in genitiuo,cætera penè in ablatiuo: ut, Hac tempeſtate ut quiſquis ſceleratiſſimus eſt,ita rerum maximè potitur,id eſt,imperium obtinet. Auguſto rerum potito totus quieuit orbis. Lib.3.ca.34

Potior uotis,Potiêris optato. Potimur rebus expetitis,ac uelut obtinemus. Fruimur,quibus nos oblectamus. Venit à potis. Vnde compos & impos. Terentius dixit,Patria potitur commoda.

Potus,eſt eorum quibus uiuimus:ut uini,aquæ. Potio, eſt medicorum. Tamen nonnunquam inuenitur pro potu. Poti,dicuntur,qui affatim biberunt. Potionati,qui hauſerunt uenenum. Lib.4.ca.4

Porta,murorum urbis eſt. Ianua,parietis ac domorum. Oſtium etiam fluminum. Lib.2.cap.8

Pomum, eſt quicquid habet corticem mollem inter fructus maiores quibus ueſcuntur homines: & eſt nomen generale: ut ceraſa,mãla,pruna,pyra,meſpila. Pomũ non ſignificat. Gall. une põme: ſed mãlum. Exempla in promptu ſunt. Pyrum. Gall. une poyre. Mãlum. Gallicè,une pomme. Nam pomum generalius eſt. Lib.4.ca.28

Pompa, eſt quædam oſtentatio apparatus, qui circunfer Lib.4.ca.39

*cunfertur. Gall. monſtre.Et fit tam in aduerſis, quàm in proſperis:ut pompa triumphalis,pompa nuptialis,&c. Pompa triumphalis, eſt oſtentatio triumphantiũ: pompa nuptialis, &c. Pompa funebris, eſt apparatus qui fit in funerum exequijs.Ἀ'πὸ τῷ πέμπω,quod eſt duco.*

Lib.1.c.33.et Præſens,*id eſt,in præſentia,refertur ad præteritũ.*
Lib.4.ca.112 *Cicero:Ille præſenti potius dignitati conſulebat,quàm futuræ.Ad præſens, Præſens hic dies,Præſens uita.Cui opponitur abſens. Ad quoduis tempus pertinet,ſignificatq́; opportunum. Horatius:*

*Pleraq; differat, & præſens in tempus omittat. id eſt, quo aptè dicentur. Secundò præſens, id eſt, ſubitum. Præſens mors, præſens uenenum, præſens medicina, quæ aut citò occîdit,aut citò ſanat.* Præſentaneus. *Vnde & præſens pro excellẽs capitur, & potens, & impauidus. Tertiò in rem præſentẽ, non tẽpus, ſed locum ſignificat.Cicero,Vt ſi conſtitueris cuipiã te in rem præſentem eſſe uenturum:id eſt,ad locum de quo controuerſia eſt.*

Lib.5.cap.4 Prohibere,*eſt ante rem inceptam. Prohibui illum domo mea. Gall.ie luy ay defendu ma maiſon,ie l'ay gardé d'y entrer. Prohibuit, ne abirem uſpiam ſe ignaro: id eſt,ne irem.* Inhibere, *eſt rem inceptam, ne procedat; impedire. Inhibemus loquentem, ne plura dicat. Vergilius: Et uos tela inhibete Latini. Gall.repoulsez Inhibemus ſcalmum, cùm impetum remo ſiſtimus. Vetamus & factis.*

Lib.5. ca.14 Prouocare, *tum in malum, tum in bonum accipitur. Vide ne ubi ſatis conuitijs hominem prouocaris, placare nequeas. Cicero, Tuis amãtiſſimis literis prouo-*

*catus*

*catus ſum : id eſt, incitatus.* Laceſſo, *in malum frequentius.* Irrito, *rarò in bonum, ſed eleganter. Irritant ſtomachum. Vt irritarem calamum tuum: id eſt, excitarem.*

Præ me fero, *præ te fers, præ ſe fert, id eſt, uultu, & geſtu oſtendit, & cõfitetur. Præ ſe fert hominem ferocẽ, & rixe auidum. Gal. il monſtre d'eſtre homme fort felon, & hargneux. Ioannes plurimum comitatis & humanitatis præ ſe fert. Meliores ſunt qui iniurias acceptas præ ſe ferunt, quàm qui diſsimulant. Præ ſe fert optimæ indolis ſpeciem. Et ſimilia mille. Præ me duco, præ me gero: in eundem ſenſum recidunt.* Lib. 5. ca. 17

Præcludo, *Claudo ne pateat ingreſſus.* Lib. 5. ca. 34

Præcido, *Cædo, id eſt, prius amputo, aut primas partes amputo.*

Præcingo, *Cingo, anteriora cingo.*

Præmorior, *Morior, id eſt, prius morior.*

Reſeco, *ab alio ſeco.*

Recido, *ab alio cædo.*

Recingo, *Cingo ab alio.*

Repugno, *Pugno, id eſt, obſiſto.*

Refodio, *Fodio, quod foſſum eſt, effodio.*

Repromitto, *Promitto. Quin & cæterorum cõpoſita pro ſimplicibus interdum uſurpantur.*

Proſequi, *eſt oſtendere affectum in aliquem, & ferè non caret comitatu: ut, Proſequor te laudibus, id eſt, laudo. Proſequor te amore, charitate, id eſt, amo, charum habeo. Proſequitur me capitali odio, id eſt, capitaliter odit. Proſequitur, qui deducit. Proſequitur, qui, quod inſtituit,* Lib. 5. ca. 32

*inſtituit, dicere pergit.*

Lib. 5. ca. 35 Præditus ſum, *id eſt, habeo, capitur ferè in bonum: nonnunquam in malum. Adoleſcens pulchra indole, ſuaui ingenio, multa uerecundia præditus. Summa immanitate præditus, multis uiribus, multo robore præditus. Sed non debet addi ſecundus ablatiuus cum præpoſitione, ſicuti in Affectus. Dicitur enim, A' rege magno honore affectus ſum. Sed non: Ego à Deo magnis uiribus præditus ſum.*

Lib. 5. ca. 51 Præſtò *non admittit uerbum præter ſum, es, eſt, & ſignificat primò præſentem eſſe, & comparere. Secundò auxilio & fauori eſſe. Tertiò aduenire: uide in Adeſſe.*

Lib. 5. ca. 65 Præſul *olim dicebatur princeps Saliorum, id eſt, ſacerdotum Martis:* Romæ *duntaxat, quia præſultabat, Gallicè, il menoit la dance.*

Lib. 5. ca. 65 Præeſſe, *eſt præfectum eſſe alicui rei adminiſtrãdæ. Vnde commodius eſt præeſſe, quàm ſubeſſe. Gallicè, il eſt plus expedient d'eſtre maiſtre que ſubiect. Is omnibus rebus non modò interfuit, uerumetiam præfuit.* Præſidere, *eſt ad opem præſtandam præeſſe: ut Mars præſidet bello. Muſæ præſident ſtudijs. Medicinæ præſidet Apollo, utiq; ad auxiliãdum. Inde* Præſes, *id eſt, auxiliator. Inde* Præſidium, *id eſt, auxilium principale. In ſingulis urbibus præſidia reliquit, id eſt, conſtituit milites, qui ex parte præſidis tueantur eas.* Subſidium, *quod in auxilium principale ſuccedit. Milites cõſpicati neminem ferre ſubſidium, fugêre.*

Lib. 5. ca. 68 Præcipere, *eſt magiſtrorum præcepta tradentium.*

Inde

*Inde præceptiones rhetoricæ. Præcipere eſt etiam ſuperiorum, magiſtratuum, iudicum.* Imperamus *etiam nobiſmetipſis, id eſt, impellimus, aut cohibemus animum. Imperaui mihimet aſſentari omnia. Iuſsi mihi: non dicitur.*

Propinare, *à Græco uenit, eſt ad bibendum inuitare. Gall. boire à quelcun. Poteſt alius propinare, alius porrigere poculum.* In Raud.

Procus, *qui fœminæ nuptias ambit. Gallicè, amoureux, qui pourchaſſe aucune pour femme.*

Præiudicium, *eſt factum aliquod, quod tamen ad cauſam habeat aliquid momenti. Duo ſcribæ contendunt de officio. Iubet iudex alterum officio fungi, dum lis terminetur: præiudicium factum eſt pro altero contra alterum.* In Raud.

Proſtibulum *non ſignificat lupanar. Gall. le bordeau, ſed ipſum ſcortum. Gall. la putain. Exemplis plena ſunt omnia.* In Raud.

Profiteri *eſt liberè, ac publicè fateri. Inde* Profeſſores *medicinæ, militiæ, quæſtus meretricij.* In Raud.

Præfractus, *id eſt, rigidus, inflexibilis.* Præfractè, *aduerbium, id eſt, rigidè & pertinaciter. Cato fuit præfractior.* In Raud.

Presbyter *Græcè, ſignificat ſeniorem. Sacerdos Latinum nomen eſt.* In Raud.

Precari, *cum ſolo accuſatiuo, ſignificat orare. Gal. requerir. Hoc unum abs te precor. Cum datiuo & accuſatiuo ſignificat optare. Gall. ſoubhaiter.* Bene precari, *ſoubhaiter bien.* Male precari. *Nubentibus,* Lib. 5. ca. 96 & li. 6. c. 24

i nauiga

*nauigaturis, & aliquid noui aggreſsis, bene precari ſolemus. Gallicè, beneir, bien deſirer.* Imprecari, *idem quod precari: ſed ferè in malum accipitur. Gall. deſirer mal.* Deprecari *auerſari, precari ne ueniat.* Non *deprecor ſupplicium, ſi merui. Gallicè, prier que aucune choſe n'aduienne.*

Lib.6.ca.16 Præſtare,*eſt exhibere uel dare. Si quid putabis mea opera præſtari poſſe, me peculij iure utaris licebit. Virum te præſta. Qualem tu te mihi præſtiteris filium, talem tibi me præſtabo parentem. Secundò melius eſſe & anteſtare, regit datiuum. Terentius. Homo homini quid præſtat? id eſt, anteſtat, & melior eſt. Quanto aurum luto præſtat, tanto literæ auro. Quintilianus tamen in hoc ſenſu iunxit accuſatiuo. Tertiò eſt prohibere, & efficere ne cui fiat aliquid incommodi, alioquin ſatisfacere: ut, Venditor debet præſtare uitium rei quam uendidit. Cicero, Cùm id, quod ab homine non potuerit præſtari, euenerit: id eſt, uitari, uel prohiberi, uel caueri.*

Lib.6. ca.20 Properatim,*id eſt, properanter.*

Ibidem Priuatim, *id eſt, priuatè.* Publice *&* Priuatim *opponuntur. Priuatim diues, publicè egens.*

Lib.6.ca.44 Probrum, *flagitium & dedecus pro crimine: ut, adulteria, ſtupra, probra ſunt. Ignominia eſt nata ex flagitio: & capitur ſæpe pro conuitio.*

Exprobrare,*probro obijcere.* Improbrare, *idem, Gall. reprouecher.* Opprobrium *idem eſt quod conuitium.*

Lib.6.ca.50 Præuaricari, *eſt quocunque modo à præſcripto officij ſui deflectere. In iure* Præuaricatio *eſt, cùm*

*aut*

*aut accuſator latenter reum adiuuat, aut iudices corrũpti alterum horũ.* Plinius, *Arator,niſi incuruus præuaricatur.* Plinius Iunior, *Alioquin præuaricatio eſt tranſire dicenda.*

Præpes,*præpetis,id eſt,uelox.Præpete penna.* In Raud.

Profuſus, *actiuè ſignificat prodigum qui profundit:ut,Sui parcus,alieni profuſus.* Lib.1. ca. 30

Pridie,& poſtridie *genitiuo iunguntur,& nonnunquam accuſatiuo : ut pridie eius diei quo tuæ redditæ ſunt mihi literæ, ad te proficiſci ſtatueram.Gall. Le iour de deuãt que ie receuſſe tes lettres, i'auoye deliberé d'aller uers toy.Pridie eius diei quo Romam ueni,febri laborare cœpi.Gall.le iour de deuant que i'arriuaſſe. Cum accuſatiuo:ut, Pridie Nonas Iulias. Pridie, pertinet tam ad futurum,quàm ad præteritum: Vt,Pridie quàm has literas ſcripſi,tuas recepi.Pridie quàm Louanium petas, indicium facito.Inde Pridianus. Gall.du iour de deuant:ut, Pridiano cibo ſtomachus meus torquetur.Gal.mon eſtomach eſt trauaillé de la uiande de hier. Non confertur ad tempus præſens:nõ rectè diceretur,adhuc ebrius eſt pridiana potatione,pro craſtina.* Lib.1.cap.10 & 33

Procul *apud quoſdam caſui ſeruit.Procul urbem.* Lib.2.cap.18

Proximè,propius *aduerbia,regunt accuſatiuum ſicut propè,ut proxime Hollandiam Brabantia eſt.* Lib.2. ca. 12

Proinde, *ideo, uel potius, ideoq́; ſemper enim dependet à ſuperiore ſentẽtia.Proinde mihi charus es,quòd literas amas:non rectè dicitur.ſed,Audio te delectari ſtudijs,proinde mihi charus es.* Lib.2. ca. 50 Li.1.c.13. &

Prior,*prius,primus,& primum differunt:* Nomina lib.3. cap. 38

*referuntur ad perſonam, aduerbia ad tempus.* Quãquam *uterq; te iam olim amauimus, tamen ego te prior. Ad te prior ſcripſi, tu fac ut poſterior ſcribas. nõ, prius uel poſterius.* Non *prius deſines ludere, quàm ego te uirga compeſcam. Hic male diceretur prior: quia non ſunt perſonæ, ſed tempus.* Eodem *modo utimur cæteris comparatiuis, & ſuperlatiuis, ultimus, ultimò &c.*

Lib.3.ca.54 Præter, præterquàm, *hoc differunt, quòd Præter ſemper regit accuſatiuum: Præterquàm, illum caſum habet, quem habuit uerbum præcedens.* Nullius *rei auarus ſum, præterquàm laudis, uel præter laudem.*

Lib.3.ca.69 Propediem, *breui.* Gal. *en brief.* Spero *nos propediem ſimul futuros.* Gall. *i'eſpere en brief que nous ſerons enſemble.* Fac *te propediem ad nos recipias.* Confido *propediem barbariem extirpandam eſſe.*

Ibidem Propemodum, *id eſt, propè.* Gall. *pres que.* Adeò *Ioannes eruditus eſt, ut propèmodum magiſtrum æquarit, id eſt, ut penè ſit par magiſtro.*

Lib.4.ca.43 Promontorium, *locus in mari prominẽs: mons, aut ſimile aliquid.*

Lib.4.ca.84 Primipilus, *qui primipilatum gerit.* Primipilaris, *qui geſſit.*

Ibidem Proconſul, *qui extraordinariè cum poteſtate conſulari aliquò mittitur.*

Ibidem Proprætor, *qui cum autoritate prætoria aliquò mittitur, non qui pro prætore prouinciam tenet.*

Ibidem Proquæſtor, *qui quæſtoria autoritate accepta mittitur.*

Lib.4.ca.86 Priſcus *dicitur de priori ætate, qui ſunt extra noſtram*

*ſtram memoriam,ut priſci reges, priſca tempora.Priſcis ſeculis literati honori habebantur. Priſca ætas ſapientes coluit,noſtra bene nummatos colit.*

Priſtinus,*dicitur de rebus quæ ſub noſtram memoriam cadunt.Vbi eſt priſtinus ille amor,quo me cõplectebaris?* Recipe te ad nos, *ut priſtina conſuetudine fruamur:id eſt,quæ prius inter nos fuit.Sed quãdo loquimur de rebus quæ non ſeneſcunt,* PRISTINVS *ſemper utendum eſt,non priſcus:ut,* Pietas *nunquam in priſtinum ſtatum reditura eſt,niſi* Deus *nos peculiariter reſpexerit.* Ibidem

Præclarus,*idem quod clarus.Clariſſima uel præclariſſima tua uirtus, ac modeſtia. Secundò bonus.* Cicero, *O' præclarum cuſtodem ouium(ut aiunt) lupum : id eſt, probum & bonum. Præclarè actum eſt.*Præclare Vergilius *ait,id eſt bene.* Lib.4.ca.91

Prudens feci, *id eſt ſciens.Gall. ie l'ay faict à mon eſcient.nec habet laudem, nec uituperium,* Prudenter feci.*Gall. i'ay faict ſaigement : ſemper in laude eſt.*Imprudens feci,*id eſt,inſciens.Gall.ie ne l'ay faict à mon eſcient. nec laudem, nec uituperiũ habet, niſi pro rerum qualitate, ut* PRVDENS. Imprudenter *feci,ſemper uituperium habet.Gall.i'ay faict follement. Qui imprudens peccat,ueniam meretur:qui prudens,flagris dignus eſt.Eandem uim habent ſciens & ſcienter,inſciens & inſcienter.* Nunquam *ſciens committam ut te lædã.* Terentius,*Ne forte imprudens faciã quod nolit,ſciens cauebo.* Ignoranter *rariſſimè inuenitur:ſed,* Per ignorantiam, *ſicut* Per *imprudentiam, & inſcientiam dicimus.* Lib.4.ca.49

Proteruus *minori cõtumelia,* Procax *maiori li-* Lib. 4.c.105

 *centia,*

*centia.* Petulans *maxima iniuria: hæc tria ſignificant & libidinē, & contumeliam.* Procacitas, *Gal. affronte mēt. Eſt licētia turpiū cōuitiorū, qua meretrices, & ſcurræ utuntur.* Petulantia, *etiā eſt intemperantia linguæ. Gal. inſolence.* Petulantiſſimè *multa dixit inter pocula.*

Lib.4.c.107 & lib.5.cap. 31 Præcox, *maturus ante tempus. Gall. meur deuant la ſaiſon. Solent enim (quantum experimento colligimus) crebræ pluuiæ præcoces fructus facere. Præcox ingeniū, quod ante ætatem maturuit.* Præcoquus, *a, um, pro eodem accipitur. Præcoqua mala.*

In Raud. Prænomen, *Romani ſinguli habebant terna nomina, prænomen, nomen, cognomen.* Nomen *quidem atq;* cognomen *commune erat omnibus familiæ eiuſdem: ſed* prænomen *proprium erat.* Agnomen *acceſſit ex bene geſtis rebus: ut, Aphricanus, Creticus, Caligula: ſed uſitatius dicitur cognomen.*

Lib.5.ca.68 Præripio, *uide in* Rapio.

In Raud. Pugil, *qui cæſtibus pugnat.*

Ibidem Puerpera, *eſt fœmina quæ recenter peperit: ſed puerperium eſt tempus, ſeu partus ipſe. Gall. le temps de la couche, geſine.*

In Raud. Punctum *dicitur non punctus, eſt breuiſſima pars temporis.* Momentum, *eſt breue tempus. Punctum propriè in lineis eſt, Momentum in tempore. ſed confunditur differentia.*

Lib.6.ca.47 Pulſare, *eſt frequentibus ictibus percutere, ſed propriè breui, & rotundo inſtrumēto, ut pugno, calce, malleo, ſaxo, aut etiam mortario: quemadmodū uicinus Laurentij, qui uxorem mortario pulſauit, multo crebrioribus ictibus,*

*ictibus, quàm ipſum mortarium. Dicitur autem à pello, quod eſt ferio.*

Pugillares, *caret ſingulari, ſignificat tabellas ceras, ſiue ligneas, ſiue cuiuſcunque materiæ, in quibus ſtylo ſcribimus.* Lib. 3. ca. 38

Pupillus, *qui caret parente, ſed in ea tantùm ætate, qua uiuit ſub tutoribus.* Orphanus, *qui caret patre, & illius opem deſiderat, cum ſine eo male habeat. Græcum eſt.* Lib. 4. ca. 33

## Q

Quiſque, *iungitur ſuperlatiuis, non poſitiuis, aut comparatiuis. Vergilius:* Lib. 1. ca. 14

*Optima quæque dies miſeris mortalibus æui*

*Prima fugit. Eruditiſsimus quiſque grammaticus hæc tradit. iungitur etiam nominibus numeralibus: ut, decimus quiſque, milleſimus quiſque. Septimo quoque die repetendum nobis eſt, quicquid tota hebdomada didicimus, id eſt, omni ſeptimo die. Quinto quoque die ludendi nobis datur uenia. Gall. de cinq en cinq iours on nous donne congé de iouer. Iungitur huic dictioni* QVOTVS, *ferè interrogatiuè: ut, quotuſquiſque hominum eſt, qui non magis luſibus quàm ſtudio delectetur? quot ſunt ex nobis.*

Quàm, *tantùm ſuperlatiuis præponitur: ut, gratias habeo tibi quàm maximas. Sed cùm loquimur figuratè, & hoc eſt, admiranter, aut ironicè, iungitur etiam poſitiuis. Quàm pulchrè curaſti, quod cõmiſerã. Gal. O que tu as bien exploicté ce que ie t'auoye cõmis. Quàm multi ſunt, qui magis commodi ratione, quàm amore amicos colunt.* Lib. 1. ca. 18

Lib. 1. ca. 17 Quàm, *pro que. Gallicè, comparatiuum ſequitur. Charior mihi eſt quàm quem offendam. Nequior es, quàm cui fidem habeam, id eſt, credam. Iunior es, quàm ut abs te docear, & ſimilia. Quàm pro quantùm poſitiuis iungitur, aut uerbis, aut aduerbijs. Tam te diligo, quàm fratrem.*

Lib. 2. ca. 20 & 37. & 19 Quod, *cauſalis cõiunctio eſt, qua barbari ſæpe abutuntur pro* V T: *ſed ea eſt differentia:* V T, *ſignificat cauſam finalem:* Q V Ò D, *cauſam efficientem: ut, Parentes obiurgare liberos ſolent, non quòd odio habeant, ſed ut corrigant. Volui ad te ſcribere, non quòd quicquam eſſet, quod te ſcire tua magni referret, ſed ut intelligeres me tui ſemper memorem eſſe. Poſt* A D E Ò, T A N T V M, I T A, *&c. ſemper ſequitur* V T, *non* Q V Ò D, *quod barbari nõ obſeruant. Pro* V T, *poteſt poni* Q V Ò: *pro* Q V Ò D, *poni poteſt* Q V I A. *niſi quòd* Q V Ò D, *tam indicatiuo quàm ſubiunctiuo iungitur:* Q V I A, *tantùm indicatiuis, ut opinor.*

Lib. 2. ca. 23 Quidem, *capitur primò pro coniunctione diſtinguente res uarias: ut, Ego quidem rhetorica magis delector, tu uerò logica, hic autem grammatica. Secundò pro exceptione illius quod affirmas: ut, Si negligenter egeris, me quidem ſummo dolore afficies, ſed te ipſum perpetuò perdideris. Tertiò pro coniunctione enclitica, id eſt, cauſa ornatus, aut pro certè: ut, Petre quid tibi iſtic negotij eſt? Gallicè, quel affaire as tu icy? Nihil quidem mihi hîc negotij. Vltimò iungitur* N E, *ſed interiecta ſemper una dictione, & hoc cùm aliquid uehementer negare cupientes, id quod minus quoq; eſt negamus.*

Vt

*Vt, cupientes negare nos aliquem Romæ pulſaſſe, nos Romæ fuiſſe negemus. Tu'ne illum Romæ pulſaſti? Ne fui quidem Romæ. Tu'ne huius es flagitij autor? Ne conſcius quidem fui. Interdum una tantùm pars negatur, & altera negata intelligitur, ut in exemplis prædictis. Interdum utraque exprimitur: ut, Non ſolùm homines non times; ſed ne Deum quidem uereris. Non ſolùm non ſcribis quicquam, ſed ne ſignificas quidem.*

Quæſtor, *qui quæſturam agit. Quæſtorius, qui quæſtor fuit.* Lib.1. cap.6

Quippe, utpote, quoniam, *coniunctiones cauſales ſic differunt: Quippe, poteſt habere ſuum proprium uerbum: Vtpote, non habet uerbum niſi intercedente* QVI, *uel* CVM: *aut certè iungitur adiectiuis ſine uerbo. Exempla de* QVIPPE, *primò cum ſuo uerbo, Honeſtior eſt mors, quàm uita ſine amico: quippe qui amicitiæ expers uiuit, feræ propior eſt quàm homini. Sine proprio uerbo: Scio te omnia amiciſſimè curaturũ, quippe cui amicorum negotia nõ aliter curæ eſſe ſolent quàm propria. De* VTPOTE, *exempla cum* QVI: *Pueri niſi uirga arceantur, ad omnes ineptias prolabuntur, utpote quos natura ad uitia quàm ad uirtutes pronior impellit. Cum* CVM: *Plinius, Vtpote cum quidẽ annuo & biennij ſpatio durauerit. Cum adiectiuis ſic, Semper te mihi colendum ſtatui, utpote uirum tum literatum, tum probum.* Lib.2.ca. 27

Quoniam, *hoc habet priuilegij, quòd poteſt cauſam præponere toti orationi. Quoniam unà eſſe quoties libet, non licet, cura frequentius ad me ſcribas.* Lib.2.ca. 27

Quatenus, *quando, quandoquidem, idem ſigni-* Lib.3.ca. 42

*ficant,id eſt,quoniam. Sed quatenus ita accipitur duntaxat apud ſeculum Quintiliani,quod incipit à Liuio,Vergilio,Horatio.Nam Cicero utitur pro inquantum: Sicut. eatenus,pro intantum.*

*Lib.2.ca. 45* Quin,*primò,ut non.Non potui committere in tanta tabellariorum facultate,quin ad te ſcriberem.Secundò, quinetiam : ut, Petre,ego tibi omnibus in rebus adero: quin patrem meum ſpero non defuturum. Tertiò, cur non.Quin huius nequiſsimi conuictum fugis, aut me amicum putare deſinis eſſe?*

*Lib.2.ca.40* Quoties *pro quando poſuit Quintilianus.*

*Lib.3.ca.12* Queſtus,*quod habet in datiuo & ablatiuo queſtubus per u, ſignificat querelam, à queror uel conqueror. Quæſtus quando habet quæſtibus per i, ſignificat lucrū nummarium. Gallicè, gaing, acqueſt: à ſupino quæſitum per ſyncopen.*

*Lib.3.ca.16* Quiſquis,& quicunque *idem ſignificant: Niſi quòd quicunque non ſemper requirit ſuum uerbum : ut, Sat erit quocunque modo tentaſſe.*

*Ibidem* Quidquid,*uel ſic,quicquid:ſubſtantiuū eſt,Quidquid uirtutis,quicquid gaudiorum.*

*Ibidem* Quodcunque,*adiectiuum eſt: ut,quodcunq; telum,quodcunque donum,&c.*

*Similiter differunt* quod & quid.

*Lib.1.cap.13 & li.3.ca.16* Quid, *primò, in quo : ut, Quid te læſi? Quid de te male merui? id eſt,in quo.Secundò.cur.Quid triſtis es? id eſt,cur.Simili modo capitur Nihil, id eſt, in nullo, uel ob*

*Lib.3.ca. 16 nihil.Nihil me læſiſti.*

*& 63* Quidam, *unum certum hominem ſignificat. Vocat*

*cat te quidam, non aliquis.* Quiſquam, quiſpiam, aliquis, *ſignificant unumquemlibet.* Gall. *quelcun.* *Veniat huc quiſpiam, uel aliquis ueſtrum, non quidam ueſtrum.* Quiſquis, *amat orationem interrogatiuam, aut negatiuam.* Num *debeo tibi quicquam?* Non *reperies quenquam.* Eiuſdem *ferè naturæ eſt* VLLVS.

Quotannis, *id eſt, ſingulis annis, uel de anno in annum.* Non *autem uſitatè dicitur, quot diebus, quot horis, quot menſibus: pro, ſingulis horis, diebus, menſibus.* Lib. 6. ca. 64

Quilibet, *nō uniuerſale, ſed particulare eſt.* Quintilianus, *Quandiu quilibet unus ex ciuibus ſuperfuerit, id eſt, unus aliquis, quicunque ſit ille.* Voca *quemlibet, id eſt, unum quem uis.* In Raud.

Qui, *quum eſt ablatiui caſus, duobus tantùm modis ponitur: Aut cum præpoſitione poſtpoſita* CVM: *ut, Qui cum loquitur Petrus? Nemo eſt qui cum uiuere malim quàm tecum, id eſt, cum quo. Aut interrogat, quod exponitur per quomodo, quî potuit diſſimulare?* In Raud.

Quadruplator, *eſt qui ex delatione, quartam partem bonorum damnati expectat.* In Raud.

R

Rationem habere, *cum genitiuo ſignificat reſpectum habere. Hactenus honeſtatis rationem habui, nunc cōmodi habenda eſt ratio. Habe famæ tuæ, habe ſalutis rationem.* Gal. *ayes regard à ta renommée, & à ton ſalut. Et hoc modo capitur ſemper in bonum.* Rationem *habere, cum præpoſitione* CVM, *ſignificat habere commercium.* Quando *hominum fides perijt, cum ſolis literis* Lib. 5. ca. 18

*ratio*

*rationem (id eſt, commercium) habebo. Cum nemine, niſi cum Deo rationem habe, qui ſolus fallit neminem. Gall. n'ayes affaire que auec Dieu.* Ratio *conſtat, id eſt, facilè aut ratio oſtenſa eſt, aut poſſe oſtendi appâret. Plin. Mihi & tentandi aliquid, & quieſcendi illo autore, ratio conſtat.*

Lib.5.cap.83 Rapere, *primò auferre. Inde* rapina. *Secundò uitiare, etiam ſi non auferat uirginem. Gall. uioler, prendre à force. Seneca, Rapta, raptoris aut mortem, aut indotatas nuptias optet.*

Lib.5. ca. 68 Præripere, *eſt eripere. Gall. emporter, ſed in ſuos uſus. Præripuit illi palmam, gloriam, laudem. Præripere interdum ſignificat antè capere, ſed ferè in paßiuo. Immatura morte præreptus. Manè illi ſurgendum cenſeo, qui tibi partes præripiat tuas: de priori ſignificato exēplum.* Eripere *idem ſignificat, ſed non in ſuos uſus. Cic. Eripuiſti mihi omnes bene uiuendi facultates. Eripuit illi uitam. Eripere cum ablatiuo ſignificat liberare. Vergilius, Eripe me his inuicte malis.*

Lib.1. cap. 5 Recaluaſter. *Gall. chauluc.*

Lib.1.cap.34 Repetundarum &, repetundis *tantùm dicitur: nec habet plures caſus. Accuſatus eſt repetundarum, ſupple pecuniarum, uel de repetundis pecunijs, aut intellige quaſcunque res pretioſas. Competit in eos hæc actio, qui in magiſtratu geſto eripuerunt pecuniam, aut alia.*

Lib.2. cap. 1 Refert & intereſt *imperſonalia, iunguntur ablatiuis his, mea, tua, ſua, noſtra, ueſtra, cuia. Cæteris in genitiuo. Adduntur nomina mēſuræ in genitiuo hæc, tanti,*

*quanti,*

*quanti, magni, parui. Cætera aduerbialiter iunguntur, Cuia refert de hoc pronuntiare? Mea, uel Petri. Quanti tua refert? Gal. Conbien y as tu d'intereſt? Mea magni refert, quibus adoleſcẽs aſſueſcat moribus. Plurimum intereſt omnium cuiuſmodi ſit princeps.*

Relatiuum *nonnunquam diſsidet à ſuo anteceden te, ſed conuenit cum ſubſtantiuo ſequenti in genere & in numero. Eſt locus in carcere, quod Tullianum appella tur. Omnes barbari (quæ maxima hominum turba eſt) literas rident. Item relatiuo nonnunquam reſpõdet dictio, cùm deberet reſpondere ſequenti ſubſtantiuo. Vergilius, At puer Aſcanius, cui nunc cognomen Iulo, pro Iulus. Scipio cui Africano fuit cognomen.* **Lib.3. ca. 19** **Ibidem ca. 1**

Relatiuum *nonnunquam cauſa uenuſtatis conuenit cum antecedẽte in caſu: Sed hoc modo ferè præcedit relatiuum antecedens, ut, Quas ad me dediſti literas, fuẽre ſuauiſsimæ. Quẽ mihi commendaſti hominem, fratris loco erit, hominem pro homo. Poëtæ relatiuum poſtponunt. Vergilius, Vrbem quam ſtatuo, ueſtra eſt.* **Ibidem**

Refero tibi, *id eſt, narro tibi. Referam tibi euẽtum meum. Gall. ie te racompteray ce qui m'eſt aduenu. Secundò, Retulit mihi literas tuas, id eſt, pertulit. Gal. il m'a apporté tes lettres. Tertiò,* Refero ad te de his rebus, *Id eſt, pono in conſultatione. Gall. ie demande ton conſeil ſur ces affaires. De grauibus cauſis ad magiſtrum referte, id eſt, magiſtrũ conſulite.* **Lib.3. cap. 38**

Refero tibi acceptum, *id eſt, fateor me abs te recepiſſe. Et capitur tum in bonum, tum in malũ. Si quid in me uirtutis, ſi quid literarum, &c. tibi debeo, tibi ac* **Lib.5. ca. 100**

ceptum

*ceptum refero. Omnia mala in quibus iam olim hæreo, tibi accepta refero.*

Ibidem Retuli expenſum, *id eſt, rationem de impenſis confeci, uel exhibui: ut,* Oeconomus *Euangelicus expenſum iubetur referre.* Gallicè, *rendre compte, ou faire compte de la deſpenſe.*

*Lib.5. cap. 2* Reperire, *eſt caſu offendere non quæſitum.* Vt, *reperi* Petrum *hodie in foro,* l'ay *trouué d'aduēture: id eſt, offendi, uel obuium habui.* Res *multum diuq́; quæſitæ, ſæpe, ubi quæri deſierint, ultro reperiuntur.*

*Lib.6. cap. 5* Repere, *notum.* Reptare, *ſæpe accipitur pro lentè & tardè ire, ut qui ſpatiantur in hortis.* Plinius, Frequentior *currentibus, quàm reptantibus lapſus eſt.* Horat. Et *ſyluas inter reptare ſalubres.*

*Lib.6. ca. 20* Regionatim, *per ſingulas regiones:* Oppidatim, *per ſingula oppida:* Prouinciatim, *per ſingulas prouincias.*

*Lib.6. ca. 20* Summatim, *id eſt, in ſumma, uel per ſummas.*

*Lib.6. ca. 23* Reſciſcere, *eſt rem poſtquàm geſta eſt, ſcire, quam neſciebas, cùm gereretur.* Gall. *eſtre aduerti, ſcauoir puis apres. Si magiſter reſciuerit, uterque uapulabimus.* Reſciuit *omnem rem,* Il *a eſté aduerti de tout.*

*Lib.6. ca. 42* Reſtibulus ager, *qui ſingulis annis ſeritur.* Cui *contrarius eſt* noualis.

In *Raud.* Reus *eſt, non qui nocens, ſed qui accuſatus, atque in iudicium uocatus.* Vnde, & actor & reus *uocantur in iure, pro accuſatore & accuſato, etiam ſi ſit innocens.* Inde Reatus.

*Lib.5. ca. 63* Refigere, *eſt quod fixum eſt, educere.* Gal. *arracher*

quelque

*quelque choſe fichée.* Horatius, *Quamuis clypeo Troiano refixo Tempora teſtatus.* *Pythagoras enim in templo clypeum fixum muro columnæ, detraxit, dicens ſe illum illic fixiſſe olim, cùm anima ſua habitaret in* Euphorbo, *tempore belli* Troiani. *Et Cicero legitur tabulas* Clodiacas *refixiſſe, id eſt, fixas eduxiſſe, uel detraxiſſe.*

Retegere, *eſt aperire quod tectum erat,* Gallicè, *deſcouurir. Caue retegas quæ nobiſcum geſta ſunt. Iuuenalis, Si tibi zelotypæ retegantur ſcrinia mœchæ.* **Lib. 5. ca. 63**

Retexo, *xis, xere, quod textum eſt, diſſoluo.* Gallicè, *deſſaire ce qui eſt tiſſu. Quid facias? hic homo eſt, non poteſt retexi aut recudi.* Gal. *il eſt tel, on ne le ſcauroit re faire ou reforger.* **Ibidem**

Recludo, Gall. *ouurir. quod clauſum erat, aperio. Domum reuertens, arcam meam recluſam reperi, furtũ ſuſpicabar.* **Lib. 5. ca. 63**

Reuelare, *eſt tollere uelum.* **Ibidem.**

Reſigno, *quod ſignatum eſt relaxo uel patefacio.* **In lib. de reciproc. cap. 5**

Reciprocum *dicitur quod eò redit unde prodijt. Spiritus reciprocatur, cùm rurſum reſorbetur:* Et *unda à littore excuſſa, rurſus litus alluẽs, reciprocari dicitur.* Et *horæ reciprocantur, cùm expleto legitimo curſu, rurſus ad priſtinum ordinem redeunt.* Haud *aliter pronomina reciproca ad id unde prodierant, reuocantur.*

*Duo ſunt pronomina reciproca:* Alterum *primitiuũ, quod uocant,* Sui, *ſibi, ſe, à ſe, generis omnis, & utriuſque numeri.* Alterum *poſſeßiuum,* Suus, *ſua, ſuum.* Reciproco *pronomine nunquã Latinè utimur, niſi aliquod* **Ibidem**

*preceſ*

*præceſſerit nomē in eadem oratione, aut altera unita per copulam, ad quod referatur.* Nam, *Vis patrem ſuum, Pone ad pedes ſuos, Dedit ſibi, &c. pro illius, eius, & ei, barbarè dicuntur. Dixi, aut altera unita per copulam:* Nam, *Obſecrauit me ut ſe adiuuarem: Petijt me, ut ſuo filio opitularer: Latinè dicitur. Sed ſi tollas copulam, barbariſſimum erit. Vt, Petrum ſemper amaui, filio ſuo non tam bene cupio: non Latinè dicitur.*

*Ibidem* *Error uulgi utentis uel potius abutentis* SVI *pro* EIVS *&* ILLIVS, *partim inde profectus eſt, quòd nonnulli autores his abuſi uideantur: partim quòd ita obſcurè uſi ſint, ut minus periti nequeant perſpicere, ad quod fiat reciprocatio. Interdum tamen Latinè pro* SVI *&* SVVS, *licet uti* IPSIVS, EIVS, *uel* ILLIVS, *& maximè amphibologiæ uitandæ cauſa: nonnunquam uarietatis aut ornatus gratia. Omnes optant quod ſibi utile eſt, tibi, ipſi. Ille repetit quod ſuum ſiue ipſius eſt. Hæc indifferentia ſæpe fit interuentu præpoſitionis, ſed crebrius per* IPSE, *quàm* IS. *Quintilianus, Quanquam aliqui reperiuntur, qui ne id quidem quod in ipſos recidere poſſet, euitent.*

*In lib. de reciproc. ca. 8* *Hæc autem præpoſitio* INTER, *id habet peculiare, ut ſi anteceſſerit genitiuus, datiuus, aut ablatiuus, ſemper liceat uti* IPSE *&* SVI. *Si præceſſerit accuſatiuus, aut nominatiuus, reciprocum poſtulat. Cic. Nec mihi cæterorum iudicio uidetur ſolùm, ſed etiam ipſorum inter ipſos conſenſu. Id de genitiuo exemplum eſt, nunc de datiuo. Quintilianus, Circa quem inexplicabilis & grammaticis inter ipſos, & philoſophis pugna eſt. De*

*ablat*

*ablatiuo,idem: Nam in magnis quoq; autoribus incidunt uitioſa aliqua, & à doctis inter ipſos etiam mutuò reprehenſa.* Exempla *de nominatiuo, & accuſatiuo.* Cicero: *Quòd inter ſe omnes partes quodam lepore cõſentiũnt: non inter ipſas.* Idem: *Damonem & Pythiam Pythagoreos ferunt hoc inter ſe fuiſſe animo: non, inter ipſos. Id quod dictum eſt de primitiuo, itidem fit in poſſeßiuo* SVVS. *Tamen hîc nonnulla differentia eſt: eam uide.*

*Si ſubſtantiuum reciproci* SVVS, *reſpicit ad ſuppoſitum uerbi, id eſt, nominatiuum, qui præcedit uerbum: tum elegantius utimur* SVVS, *quàm* IPSE, *aut* EIVS: *ut, Miſeretur noſtri Deus propter ſuam clementiam. Inclamat me ante domum ſuam, potius quàm eius. Si ſubſtantiuum reſpicit ad appoſitum uerbi, id eſt, obliquum, qui ſequitur uerbum, tum præſtat uti* IPSE, *aut* IS, *quàm* SVVS. *ut, Eieci columbam è nido ipſius. Alloquutus ſum Petrum ante domum eius: potius, quàm ſuam. Tamen nec ratio, nec autoritas uetat contrarium fieri. Si tamen appoſito adiungatur adiectiuum aut uerbum, ad quod fiat reciprocatio,* SVVS *utendum eſt, non* IPSIVS. *Video columbam triſtem in periculo pullorum ſuorum.*

Suus, *poſſeßiuum, non ſemper reciprocè accipitur, ſed interdum pro proprius: ut, ſuus cuiq; mos eſt, ſua cuique ſententia. Trahit ſua quenque uoluptas. Phœbo ſua ſemper apud me Munera ſunt. Sua cuiq; reddenda ſunt. Viuit cum ſuis. Inuentus eſt inter ſuos, &c.* *In lib. de recipr. cap. 12*

Rhetor, *qui profitetur Rhetoricam artem, ſicut & grammaticus, &c.* Orator, *qui cauſam agit in* *Lib. 4. ca. 81*

k conc

concione, aut in iudicijs, qualis fuit Cicero noſter. Declamator, qui aut in ſcholis, aut ſecum, fictam cauſam agit, ut poßit ueram rectius agere. Declamare, eſt exercere ſe in orando fictè. Inde declamationes Quintiliani.

Lib. 1. cap. 5 Ridiculus, a, um, adiectiuum, non ſubſtantiuum. Res ridicula, id eſt, digna propter quam rideatur. Iuue.

Nil habet infelix paupertas durius in ſe,
Quàm quòd ridiculos homines facit.–

In Raud. Ripa, eſt extremitas terræ, quam aqua fluminum, torrentium, riuorumq́; alluit. Et poteſt eſſe alta. Litus, eſt maris.

Lib. 1. cap. 6 Roſarium, uel roſetum pro eodem, locus roſis conſitus. Gall. Vng iardin plein de roſiers.

Lib. 2. ca. 56 Rurſus, iterum, uel è contrario. Olim te oraui, rurſum te oro. Improba muliere nihil nocẽtius: rurſum proba nihil lenius.

Lib. 4. cap. 7 Rumor, & fama, idem ſignificant, ſcilicet aliquos ſermones in populo incerto autore, de re noua. Fama tamen interdum inueterata eſt, ut Auſonius: Fama eſt fictilibus cœnaſſe Agathoclea regem. Rumor Latinum eſt. Fama, è Græco ductum.

# S

Lib. 2. ca. 27 Sanè, id eſt, certè, affirmat. Ita ſanè eſt. Secundò ualde. ut, Vir ſanè literatus, id eſt, ualde. Adoleſcens ſanè nobilis. Tertiò permißiuè accipitur. Sit ſanè ita ut ais. Sim ſanè malè de te meritus, id eſt, eſto, ſit ita ut uis.

Lib. 4. ca. 49 Sarcina, res ſimul compoſitæ. Gall. pacquet, ut qui

iter

*iter faciunt,ſarcinas portant. Qui in aliam domum immigrant, ſarcinas componunt.*

Saltus, *eſt ſylua inuia, nec uiatori peruia, in qua pecudes æſtiuare ſolent.* Sylua, *generalius eſt nomen, & ſolet eſſe cædua.* Lucus, *non cæduus, id eſt, qui non cæditur, aut ſucciditur, ſed eſt conſecratus alicui* Deo, *aut funeri. Lucus* Martis. *Lucus* Dianæ. *Solebat enim apud ueteres eſſe magna religio lucorum, quod & Iudæis uetitum erat.* Nemora, *uoluptatis gratia comparata ſunt, & plena uoluptatum, ut fontium, umbraculorum, aut ſimilium.* Lib. 4. ca. 56

Saluber *uel Salubris dicitur, qui præbet ſanitatem.* Lib. 4. ca. 88 *Aër ſaluber, Galli. air ſain. Potus ſalubris. Somnus ſaluber. Vinũ malè habentibus ſalubre non eſt, ſanis ſaluberrimum. Sed* Sanus, *qui accipit & tenet ſanitatẽ. Sanus homo. Sana mens. Sanum corpus. Dicitur tamen ſalubre corpus, bonæ ualetudinis, non homo ſaluber.*

Satiare *ad omnes ſenſus attinet, & transfertur* Lib. 5. ca. 78 *ſæpe ad animum.* Saturare, *ad guſtum tantùm pertinet.*

Salio, *ſalis, ſalire, eſt ſaltũ facere. Gall. ſaulter, fretiller.* Lib. 5. ca. 103 *Et cicada ſalit, Catus ſalit. Tamen inuenitur pro ſalto.* Saltare, *ducere choros. Gal. danſer. Ouidius:*

*Si uox eſt, canta: ſi mollia brachia, ſalta.*

*Inde ſaltatio, & ſaltatus.* Chorea. *Gall. danſe. Nam ſaltus à ſalio ſignificat aliud. Gall. ung ſault.*

Salue, *dicitur tam aduenıẽtibus, quàm quos relinquimus.* Lib. 6. ca. 30 *Salue pater, ſaluum te aduenıſſe gaudeo. Gall. Ie ſuis ioyeux de ce, que tu es arriué ſain & ſauue. Salutamus*

*etiam in fine epiſtolarum.*

In Raud. Scaber, *bra, brum, id eſt, ſordidum, etiam ſi non ſit aſperum contactu.* Dentes, *ungues ſordidos, ſcabros dicimus.*

*In eundem* Scorpius *ſcorpij, & ſcorpio ſcorpionis: utrunque inuenitur: ut pauo & pauus.*

*Lib.5.ca.61* Sciſcitari, *percontari.* Gall. *enquerir. Sciſcitare ex patre quo modo ſe habeat.* Gall. *Enquiers toy de ton pere, comment il ſe porte.*

*Lib.4.ca.51* Scurra. *Gallicè, Vng plaiſanteur, qui captat riſum ab audientibus, non ſalua dignitate perſonæ. Ceulx qui diſent mots pour rire, affin d'auoir la repeue franche, ſcurræ dicuntur.* Inde ſcurrari *ſcurram agere.*

*Lib.2.ca.60* Scilicet & uidelicet, *ſignificant certè: ſed frequenter cum quadam amaritudine, & irriſione uſurpantur.* Id *patri curæ eſt ſcilicet.* Gallicè. *Il eſt bon aſſcauoir, que mon pere s'en ſoucie.* Tu *alios docebis ſcilicet, qui ipſe docendus es.* Secũdò *capitur affirmatiuè,* Petre, *tu'ne cras rediturus es huc?* Scilicet. Gall. *Bien le ſaches, ouy.* Tertiò, *cùm enumeratis multis confusè, definimus per* SCILICET. *Quatuor ſunt uirtutes cardinales, ſcilicet Iuſtitia, &c. Sed hic modus, uix apud doctos reperitur.*

*Lib.3.ca.13* Scalæ, *ſcalarum, tantùm pluraliter dicuntur, licet quidam ſingularem uſurpent.*

*Lib.1.cap.8* Sculptile, *quod ſculptum eſt.* Gall. *choſe entaillée. Statua ſculptilis.* Gall. *Vne ſtatue entaillée.*

*Lib.1.ca.36* Scitus, *ſciens.* Gall. *ſcauant, actiuè ſignificat. Scitè reſpondet.* Gall. *Il reſpond ſcauamment.* Secundò *ſcitus, bellus.* Gallicè, *ioly.* Terẽtius: *Scitus puer natus eſt Pamphilo.*

*philo.* Scite, *id eſt, pulchrè, Scitè tu quidem pingis, ſed charta tua perfluit.*

Seminarium, *& ſemen idem ſunt.* Lib.1.cap.6

Sector, *qui accuſat alium, & ex damnatione eius expectat dimidiam partem bonorum eius.* Lib.1.cap.2

Sectile, *quod natura diſſectum eſt. Gall. Choſe fen-due. ut, Sectile porrum.* Lib.1.cap.8

Secundum *præpoſitio, primò ſignificat poſt. Cicero: Proximè autem & ſecundum deos homines hominibus maximè utiles eſſe poſſunt. Secundò, iuxta. Petrus ſecundum aurem uulneratus eſt, id eſt, iuxta aurem. Tertiò, pro, ut: Secundum me iudica, id eſt, pro me. Quartò, in: Secundum quietem, id eſt, in quiete ſomni. Dicitur etiam ſecundum Platonem, id eſt, ex ſententia Platonis.* Lib.2.ca.46

Senes, *qui multos habēt annos.* Veteres, *qui priore & ante nos, ætate fuerunt, licet non attigerint ſenium.* Antiqui, *utrique dicuntur, ſed magis ueteres, quàm ſenes. Veteres autores, id eſt, priſci, non ſenes uel antiqui dices. Senibus deferèndum eſt, uel antiquis, non ueteribus. Tamen uetulus pro ſene uidetur poſſe accipi. Senium, ſenecta, ſenectus idem ſignificant, niſi quòd ſenium pro triſtitia uſurpatur: En pallor, ſenium.* Lib.4.cap.5

Sementis, *eſt ſatio uel ſeminatio ipſa, nō ſemen. Vt ſementem feceris, ita & metes. Gall. Selon que tu auras ſemé, tu recueilliras.* Seges *eſt eorum ſeminum ex quibus conficitur panis, nondum demeſſa. Capitur à poëtis interdum pro terra ſubacta. Gall. terre labourable.* Fruges, *uide loco ſuo.* Lib.4.ca.24

Lib.4. ca.63 Seditio, *tumultus populi. Gallicè, commotion de peuple.*

Lib.4.ca.84 Senator, *qui aut eſt ſenator, aut fuit. Nam* Senatorius *non dicitur niſi poſſeſsiuè: ut, ſenatoria dignitas, ſenatoria domus.*

Lib.4.c.107 Serò, *poſt tempus. Gal. trop tard: Serò pultem coxeris ægro uita defuncto. Serò conſulis, quid fieri oporteat, re iam peracta. Seneca: Sera parſimonia in fundo. Gall. L'eſpargner eſt trop tard, quand on eſt au fond. Secundò tardè: Gallicè, tard.* Serotinus, *id eſt, ueſpertinus (ut quidam uolunt) Hora ſerotina. Aut ſerotinum. Gall. tardif. Serotinæ uuæ, ſerotinæ ficus, ſerotinæ fruges, id eſt, quæ tardius matureſcunt, quàm legitimo tempore.* Præcoces, *uide loco ſuo.*

Lib.5.cap.6 Sedet, *homo ſolus, & ſimia ex terreſtribus. Aues ſedent in alto, ut in culmine tecti, in arbore, in capite hominis, &c. Sedet quod quadrat, & ſedet quod fixum eſt animo.*

Lib.5.cap.6 Sententiam dicere, *eſt cõſiliarij. Dic ſententiam tuam. Gall. Dis en ton aduis. Sententiam dicere, nonnunquàm eſt ferre ſententiam: Iniquiſsimam dixit uel tulit in eum ſentẽtiam.* Dicere leges, *uel ius, eſt iudicis.* Ferre legem, *eſt ad populum deferre.*

Lib.5. ca.48 Seuum, *ſiue* Sebum, *pingue durum. Gallicè, ſuif. Vnde candelæ ſebaceæ.*

In Raud. Serioſus *non dicitur, ſed ſerius, a, um: id eſt, grauis, ſeuerus. Gall. choſe graue. Sed tamen amoto quæramus ſeria ludo.*

Lib.1.cap.5 Siliquaſtrum, *eſt ſiliqua ſylueſtris, ut ſteriliũ auenarum.*

*narum.* Siliqua, *eſt tunica hordei, uel nomen arboris.*

Siquidem,*una dictio, prima breui, idem quod nan-que: ut, Qui præceptores nõ colit, planè ineptus eſt: plus enim illis debemus, quàm parentibus: ſiquidem ab his ui-uere accepimus, ab illis bene uiuere.* SI QVIDEM, *duæ dictiones interdum ſunt: ut, Pulcherrimum tibi ingenium natura contulit, ſi quidem tu excoleres.* Lib. 2. ca. 29

Sin,*idem ualet quod Si, niſi quòd ſemper in ſecunda parte ponitur: Si, in priore. Si literis ſtudioſè incumbas, maximam tibi gloriam cõparabis: ſin inertiæ uacare ma-lis, id ſenties poſterius. Imperiti utũtur* SIN AVTEM, *pro* SI NON, *ſed barbarè. Sin minus, ſin aliter dicen-dum eſt: non ſin autem.* Lib. 1. ca. 12 & li. 2. c. 26

Simul,*geminatum, uidetur ſignificare quod* ET *ge-minatum: ut, Frequenter ad me ſcribe, ſimul ut quæ eſt in te dicendi facultatem exercitatione augeas, ſimul ut meum tui deſyderium leues.* VNA, *rarò hoc modo inue-nitur, nec* PARITER *quidem.* Lib. 2. ca. 32

Sicubi, *id eſt, ſi alicubi, duo uerba poſtulat. Sicubi te hodie offendero, non euades. Gallicè, Si ie te trouue quelque part ce iourdhuy.* Lib. 3. ca. 27

Sicunde, *id eſt, ſi alicunde, duo uerba poſtulat, ut ſicubi.* Ibidem

Sinus,*eſt intra complexum brachiorũ & pectoris. Gall. le ſein. Abſconde in ſinu. Gall. Cache le en ton ſein. In tuum ſinum inſpue, & facilè alijs exprobrare deſines.* Gremium. *Gall. giron. Vide loco ſuo.* Lib. 4. ca. 39

Signa, *præter uulgarem ſignificationem, ſignificat opera fuſilia, aut ſculptilia, aut huiuſmodi, ad effigiẽ ani-* Lib. 4. ca. 119

malium fabricata. Gall. medailles, images.

Lib.5.cap.6 & lib.3.c.31 Siſto, primò facio ſtare. Siſte gradum. Gall. arreſte toy. ſiſte lacrymas, ſiſte fugam. Secundò repræſento ut maneat. Siſte illum iudicio. Gallicè, preſentés le à iuſtice. Iuſsit eum iudicio ſiſti. Inde ſtator, ſtatoris, dicitur nuntius conſulis. Gall. Sergent, ou fourrier, aut ſimilis perſona. Statorem etiam Iouem uocamus, à ſiſtendo: quia Romulum orantem ut fugam ſuorum ſiſteret, adiuuit. Habet ſiſto ſtatum in ſupino, ut ſto, ſteti, ſtatum.

Ibidem Sîdo, is, ere, prima longa, tendere deorſum. Gal. Deualler, aller au fond. Oua plena sîdunt in aquis. Gall. deſcendent. Aues sîdunt cùm ad ſedendum in arbore, deuolant. Homo ſubſidit. Gall. s'aſsiet. Sido tertiæ coniugationis eſt. & mutuatur præteritum à ſedeo. habent etiam ſedi, ſubſido, deſido, reſido, ſubſedi, deſedi, reſedi.

Lib.9.ca.25 Situs, ſignificat primò qualitatē loci. Gal. La ſituation. Secundò pædorem, id eſt, ſordes & illuuiem, quæ eſt in locis opacis, ut in carceribus & penarijs. Transfertur ad animum & ingenium, quod dicitur ſibi quendam cōtrahere ſitum ſolitudine & otio.

In Raud. Simultas, eſt mutuum odium: ſicut amicitia, mutua beneuolentia. Nam odium poteſt eſſe unius hominis. Rancor, non eſt Latinum, neq; Græcum, neque Hebræum, ſed Raudenſe.

Lib.1.cap.8 Solutilis, eſt quod facilè ſoluitur: ut, nauis ſolutilis, quæ non eſt fideliter compacta.

Lib.1.ca.20 Somnus, Compoſita huius uerbi quædā ſunt ſecundæ declinationis, quædā tertiæ. Semiſomnus frequētius inuenitur. Semiſomnus. qui nō perfectè dormit. Gallicè, de

cè, demy endormy, quales ſunt recẽns experrecti. Inſomnis tertiæ declinationis dicimus, peruigil. Gall. ueillãt. Totam penè noctem inſomnem egi, id eſt, ſine ſomno.

Socius ſocio eſt: non comes comiti, ſed duci. Socius plerunque eſt in rebus ſerijs, & fortunæ ſubiectis. Turpe eſt te illi in proſperis adfuiſſe ſocium, & in afflictis deſerere. Socius ſtudiorum. Sodalis plerunque eſt in rebus leuioribus, in conuiuijs, in luſibus, &c. Lib. 4. ca. 38

Solatium, ipſa conſolatio. Gallicè, ſoulas, ſed in rebus ipſis eſt. Solatium eſt miſeris, ſocium habere miſeriæ. Solamen idem eſt, ſed magis apud poëtas tritum. Conſolatio fit uerbis. Qui ſe in miſeriam mittit, ipſe ſe conſoletur neceſſe eſt. Ipſe me conſolor. Gallicè, Ie me conſole. Lib. 4. ca. 77

Solſtitium, eſt quum Sol in centro ſtat, id eſt, neq; aſcendit, neque deſcendit in Zodiaco. Lib. 5. cap. 6

Solicito te, id eſt, metum, ſpem'ue tibi oſtendo, ut ſolicitare plebem. Vel inquieto, & curam inijcio. Lib. 5. ca. 75

Spectaculum, quod ſpectatur, ut ludum funambuli, aut ioculatorium, ſpectaculum dicimus. Non hoc iſta ſibi tempus ſpectacula poſcit. Secundò ipſa ſpectatio. Filius præſente matre trucidatur, ò acerbum ſpectaculum. Tertiò locus unde ſpectatur: Sedebat in ſpectaculo, & de ſpectaculo decidit. Lib. 4. ca. 16 & 69

Spero & confido, tam de præſenti & præterito, quàm de futuro. Quæ mea ſit ſententia, ſpero te intelligere, id eſt, credo. Confidimus rem noſtram tibi curæ eſſe. Confido fore, ut te de me bene meritum eſſe non pœnituerit. Cætera nota ſunt. Lib. 5. ca. 47

Sphæra, *undique rotunda. Gallicè, Vne boulle, ou toute choſe ronde.*

In Raud. Specula, *eſt locus unde fiunt excubiæ, ne hoſtes ueniant.* Gall. *Le beffroy, leſchauguette.*

In Raud. Sperma *Græcum, nihil aliud eſt, quàm ſemen Latinum.* De *ſemine, Græcè de ſpermate,* Abraham.

*Lib.2.cap.8* Structilis, *hoc eſt, quod conſtructum eſt multis lapidibus. Structiles columnæ.*

*Lib.4.ca.29* Strepitus, *primò ſignificat ſonum, qui fit ex colliſione multarum rerum, & ex confuſione uocum in unum, ſeu pedum ambulantium: ut in exercitu. Secundò capitur pro faſtu, & pompa diuitiarum: à ſtrepitu comitantium.*

*Ibidem* Stridor, *eſt acrior & quaſi ſibilans colliſio: Vt canes dicuntur ſtridere. Gall. gronder.* Et *ſtridor dentium.*

*Lib. 4.c. 49* Strues, *eſt propriè aceruus lignorum.*

*Ibidem* Strages, *eſt multitudo cadauerum interfectorum humi iacentium.*

*Lib.4.ca.113* Stultus, *qui improuidus & imprudens eſt.* Multi *ſapientes ſtultè agunt: ergo non à natura eſt ſtultitia.*

*Ibidem* Stolidus. Gall. *morne, niés, qui proximè accedit ad naturam brutorum.* Fatuus, *qui nihil ſapit,* Folaſtre, *innocent: uidetur eſſe à natura. Cibi fatui, qui non ſapiunt.*

*Lib.5. cap.6* Stare, *eſt fluuij cùm ſtagnat, Solis cùm in centro eſt,* Iuris *cùm clauſum eſt forum. Aues item in aëre non uolantes ſtant.* Homo *ſtat,* Piſces *ſtant in aquis, cùm pendent immobiles.* Præterea *omnia erecta ſtant, crines, arbores, &c.*

*Stella*

Stella. *Gal.une eſtoille,ſingularis eſt.* Sydus, *idem* *Lib.5.ca.22*
*ſignificat, ſed interdum pro ſigno compacto ex multis ſtellis: ut,* Aries, Taurus, *&c. Inde ſydus hybernum, id eſt,ſignum hybernum.*

Stuprum,*eſt omnis coitus lege uetitus, cum nupta,* *Lib.6.ca.45*
*cum cognatis,cum ueſtalibus.* Adulterium, *eſt cum nupta. Igitur omne adulterium eſt ſtuprum: ſed non è diuerſo.*

Stragulum, *uel ſtragula, ueſtis eſt quicquid inſter-* *Lib. 6.c.40*
*nitur uel lecto,uel equo,uel alij rei. Gall. Couuerture,ou parement,& tapis. Quod in feſtis ante altare ſternũt in pauimento,ſtragulum ritè uocabimus.*

Sternere,*deijcere eſt.Gal.Eſtẽdre ſur quelque cho* *Ibidem*
*ſe.& huius uerbi ſignificatum inuertitur.Sternimus ramos humi.Sternimus ueſtem lecto.Tamen frequẽtius dicitur:Sterne humum floribus,ramis. Sterne equum ſtragulo.Sterne menſam mappis.Sterne equum tapetis.*

Strophium,*eſt panniculus delicatus ad tergendas* *Ii.Raud.*
*nares.Gall.ung mouchoir.Cicero reticulum uocat.*

Stipendiarij, *qui principi aut* Reipublicæ *ſtipen-* *Lib.1.cap.6*
*dia ſoluunt. Gallicè.* Villains, *ou roturiers, qui payent taille.*

Surdaſter,*diminutiuum à ſurdus,Gal.ſourdault.* *Lib.1.cap.5*

Sutilis,*id eſt,conſutus,Sutilis cymba.* *Lib.1.cap. 8*

Supina *in tum,ſi addatur* IRE *uel* IRI,*futurum* *Lib.1.ca.17*
*ſignificant,cum quodã motu præſenti:* IRE,*actiuè:*IRI, *paßiuè:ut,* Video *operam in te meam perditũ iri. Gall. Ie uoy, que la peine, que ie prens pour toy ſe perdra. Scio magiſtrũ reſcitũ ire.Gal.Ie ſcay,que le maiſtre le ſcaura.*

*Supina*

Lib.1. ca.29 Supina *in tu,à uerbis paſsiuis oriuntur,ſicut illa ab actiuis,nec ſignificant motum de loco,uel actum, ut barbari uolunt. Venio lectu,à legendo: ſed paſsiuè ſignificãt, & iunguntur adiectiuis tantùm.* Dignum auditu. Miſerabile uiſu. Abſurdum relatu. Difficile creditu,id eſt,ad credendum,uel ut credatur,&c.

Lib. 2. ca.50 Subinde,*primò inde,uel deinde,ſtatim.* Si negabit, *ſubinde illi teſtes proferto.Secundò identidem,id eſt, frequenter,cum quodam interuallo.Gallicè,par fois:ut,Lupus cùm canibus inſectantibus premitur,ſubinde reſpicit.* Identidem,*pro eodẽ capitur.* Quid tam ſubinde uultum mutas? id eſt, quid nunc hilarem uultum, nunc triſtem oſtendis? Subinde loquelam mutat,uel identidem,qui nunc Græcè,nunc Latinè,nunc Gallicè, nunc Teutonicè loquitur. Politè ſcribere cupientem, neceſſe eſt calamum identidem,uel ſubinde reparare. Gallicè, Il fault que cil, qui deſire bien eſcripre, change de plume de fois à autre. Galli gallinacei inter bibendum identidem,uel ſubinde, ſuſpiciunt. Gallicè, Les coqs en beuuant regardent ſouuent uers hault.

Lib. 2. ca. 53 Super,*contiguitatem dicit.* Sedet ſuper lapidem: non ſupra. Supra,*non dicit contiguitatem.* Supra nos uolat aquila, non ſuper. Super, relatiuum habet Subter. Supra relatiuum habet Infra.

Lib.4. ca.20 Suburbanum, *in ſingulari & plurali ſignificat prædium extra urbem.Gall.* Vne metairie. Suburbana *in plurali,ſignificat frequẽtias domorum extra urbem, quæ tamen ſub urbe ſint.* Gallicè, Quelques faulxbourgs, ou uillages.

Sutrina

Sutrina, *officina ſutoris, ubi fiunt calcei. Gallicè,* Lib.4.ca.44 *l'ouuroir d'ung cordouannier. Sutor, qui calceos ſuit, Gall.cordouannier.*

Suffragia, *ſunt fauores eligentium: ut in comitijs,* Lib.4.ca.70 *in eligendo epiſcopo.* Suffragari *auxiliari, ſed uerbis aut calculo.Gall.*Donner *ſa uoix, & en aider.* Nonnun*quàm etiam factis.* Refragari, *id eſt, repugnare, ſed propriè uerbis.*

Supplicare,*eſt geſtu,id eſt,comploſione manuum,* Lib. 5. ca. 11 *flexu poplitum, ceruicis inclinatione, & item uoce adorare.*Supplex,*qui ſubmittit ſe ut impetret.*

Synecdochen *oratores maximopere fugiunt, ut* Lib. 3.ca. 17 *hæc oratio,* Pulchra *facie, poteſt multifariam dici:* Pe*trus eſt pulcher faciem,& pulcher facie. & in his duobus modis eſt ſynecdoche: quare tantùm tuti ſunt apud poëtas & hiſtoriographos.*Item *dicitur,*Petrus *eſt pulchræ faciei,uel eſt pulchra facie:ſed extremum eſt ornatiſſimum.* Excelſus *animum, excelſus animo, excelſi animi,excelſo animo.*

Syncerus,*à* σὺν,*quod eſt con,& cera.*Donatus *di*Lib.6.ca. 37 *xit ſine cera.Significat integrum,ſine dolo,& purum.*

T

Tantum & quantum, tam & quàm ( *quæ* Lib. 1.ca.16 *idem ualent)poſitiuis iunguntur.*Tanto *&* quanto *cōpa & 18 ratiuis : aut certè ante* POST, ALITER, ALIVS, SECVS, *&c.quæ habent uim comparatiuorum. Literæ tuæ tanto fuère gratiores, quanto diutius deſideratæ.* Tam *mihi charus es,quàm frater.*

Tametſi *idem quod etſi : iungitur tam indicatiuo,* Lib. 2. ca.21 *quàm*

Lib.1. ca.29 Supina *in tu, à uerbis paſſiuis oriuntur, ſicut illa ab actiuis, nec ſignificant motum de loco, uel actum, ut barbari uolunt. Venio lectu, à legendo: ſed paſſiuè ſignificãt, & iunguntur adiectiuis tantùm.* Dignum auditu. Miſerabile uiſu. Abſurdum relatu. Difficile creditu, id eſt, ad credendum, uel ut credatur, &c.

Lib. 2. ca.50 Subinde, *primò inde, uel deinde, ſtatim.* Si negabit, *ſubinde illi teſtes proferto.* Secundò *identidem, id eſt, frequenter, cum quodam interuallo.* Gallicè, *par fois: ut,* Lupus cùm canibus inſectantibus premitur, ſubinde reſpicit. Identidem, *pro eodẽ capitur.* Quid tam ſubinde uultum mutas? id eſt, quid nunc hilarem uultum, nunc triſtem oſtendis? Subinde loquelam mutat, uel identidem, qui nunc Græcè, nunc Latinè, nunc Gallicè, nunc Teutonicè loquitur. Politè ſcribere cupientem, neceſſe eſt calamum identidem, uel ſubinde reparare. Gallicè, Il fault que cil, qui deſire bien eſcripre, change de plume de fois à autre. Galli gallinacei inter bibendum identidem, uel ſubinde, ſuſpiciunt. Gallicè, Les coqs en beuuant regardent ſouuent uers hault.

Lib. 2. ca. 53 Super, *contiguitatem dicit.* Sedet ſuper lapidem: non ſupra. Supra, *non dicit contiguitatem.* Supra nos uolat aquila, non ſuper. Super, *relatiuum habet* Subter. Supra *relatiuum habet* Infra.

Lib.4. ca.20 Suburbanum, *in ſingulari & plurali ſignificat prædium extra urbem.* Gall. Vne metairie. Suburbana *in plurali, ſignificat frequẽtias domorum extra urbem, quæ tamen ſub urbe ſint.* Gallicè, Quelques faulxbourgs, ou uillages.

Sutrina

Sutrina, *officina ſutoris, ubi fiunt calcei. Gallicè,* Lib.4.ca.44 *l'ouuroir d'ung cordouannier. Sutor, qui calceos ſuit, Gall.cordouannier.*

Suffragia, *ſunt fauores eligentium: ut in comitijs,* Lib.4.ca.70 *in eligendo epiſcopo.* Suffragari *auxiliari, ſed uerbis aut calculo.Gall.*Donner *ſa uoix, & en aider.* Nonnunquàm *etiam factis.* Refragari, *id eſt, repugnare, ſed propriè uerbis.*

Supplicare,*eſt geſtu,id eſt,comploſione manuum,* Lib. 5. ca. 11 *flexu poplitum, ceruicis inclinatione, & item uoce adorare.*Supplex,*qui ſubmittit ſe ut impetret.*

Synecdochen *oratores maximopere fugiunt, ut* Lib. 3.ca. 17 *hæc oratio,* Pulchra *facie, poteſt multifariam dici:* Petrus *eſt pulcher faciem, & pulcher facie. & in his duobus modis eſt ſynecdoche: quare tantùm tuti ſunt apud poëtas & hiſtoriographos.Item dicitur,*Petrus *eſt pulchræ faciei,uel eſt pulchra facie:ſed extremum eſt ornatiſſimum.* Excelſus *animum, excelſus animo, excelſi animi,excelſo animo.*

Syncerus,*à* σὺν,*quod eſt con,& cera.*Donatus *di*Lib.6.ca. 37 *xit ſine cera.Significat integrum,ſine dolo,& purum.*

T

Tantum & quantum, tam & quàm ( *quæ* Lib. 1.ca.16 *idem ualent)poſitiuis iunguntur.*Tanto *& quanto cõpa & ratiuis: aut certè ante* POST, ALITER, ALIVS, SECVS, *&c.quæ habent uim comparatiuorum. Literæ tuæ tanto fuère gratiores, quanto diutius deſideratæ. Tam mihi charus es,quàm frater.*

Tametſi *idem quod etſi: iungitur tam indicatiuo,* Lib. 2. ca.21

quàm

*quàm ſubiunctiuo. Tametſi nihil noui hic fuit, quod ad te ſcriberem, tamen aliquid ſcribere uolui. potuit dici fuit, uel fuerit.*

Lib.2.ca.48 Tantiſper, *aduerbium temporis eſt, id eſt, tandiu. & poſtulat poſt ſe* DVM, *aut* DONEC. *Tantiſper ſine te detineri, dum uenti ſecundi ſtare cœperint. Sed barbari utuntur pro* TANTVM, *uel* TANTILLVM: *ſed mendoſè.*

Lib.3.cap.1 Tanti, quanti, tãtidem, quantilibet, quanticunq;, pluris, & minoris, *ſemper in genitiuo iunguntur, nunquam in ablatiuo, his uerbis,* Emo, *uendo, uenundo, ueneo, mercor, cõparo, æſtimo, taxo, liceor, addico, diſtraho, metior, conſtat, conduco, loco, fœneror, paciſcor, pango pepigi, condemno, poſtulo, & ſimilibus. Cætera omnia nomina menſurarum, ſiue ſint certæ, ſiue incertæ, iunguntur in ablatiuo, & nunquàm in genitiuo. Quanti eſt emptus codex tuus? Reſpondebis, magno, & non magni.* Hic *liber minoris emptus eſt, quàm tuus: non pluri uel minori. Quanticunq; alius æſtimet, ego non magni facio, non dicendum eſt quantocũq;.* Hanc *rem tantidem tibi tradam, quanti mihi conſtat.* Si *interrogetur per quanti, reſpondebitur in ablatiuo. Quanti emiſti hunc librum? tribus ſtuferis. Quanti emptus eſt codex? magno, uel paruo. Quanti ergo? tribus nummis. An pluris? non pluris, imò minoris. Si* TANTI, & QVANTI, PLVRIS, & MINORIS *iungantur ſubſtantiuis, ponenda ſunt in ablatiuo, non genitiuo. Tanto pretio emi, quanto tu: non, tanti pretij.*

Lib.4.ca.44 Taberna, *eſt locus ubi merces uenduntur. Taberna ui*

*na uinaria, lanaria, olearia, ubi diuenditur oleum, lana, uinum.*

Tabulæ,*ſunt opera pictorũ.Gal. tableaux paincts* Lib.4.ca.115
*Tabula Apellis.*

Tandem,*id eſt,poſt longam moram.*Gallicè,*A` la* Lib.5.cap.21
*parfin. Vergilius:*

*Tandem progreditur magna ſtipante caterua.*

*Tandem interdum habet urgens quiddam & accelerãs, eoq́; ferè per interrogationem.*Dic *quid tandem eſt,quod peccaui? Quæ tandem iſta audacia eſt, docere quod non didiciſti?*

Tantundem, & tantidem, *non habent alios* Lib.3.cap.1
*obliquos. Tantundem,æquè tantum. Gallicè,autant. Siue tu proficias,ſiue nõ,mihi tantundem commodi erit. Gall. Soit que tu eſtudies, ou non, ie y ay autant du proufit à l'ung,comme à l'autre.*

Tectorium,*eſt incruſtatio parietũ. Gall. La creſ=* Lib.3.cap.6
*piſſure,ou blanchiſſure dés parois. Transfertur ad omnẽ fucum.*

Tenus *præpoſitio ſemper poſtponitur ſuo caſui:* Lib.2.cap.8
*qui ſi ſit ſingularis numeri, in ablatiuo ponendus eſt:ut,* & 9.
*Capulo tenus. Gallicè, Iuſques au manche. Collo tenus. Gallicè, Iuſques au col. Vmbilico tenus. Gallicè, Iuſques au nombril. Iſela tenus. Nilo tenus. Aethiopia tenus, id eſt,uſque ad Aethiopiam, Nilum. Si dictio ſignificat res geminas, aut caret ſingulari numero, tunc poſcit ante ſe genitiuum pluralem : ut aurium tenus. Gall. Iuſques aux oreilles . crurum tenus, clunium tenus, non clune tenus. Gallicè,Iuſques aux feſſes.*

Lib.2.ca.46 Temere, *incõſultè, uel ſine cauſa, uel fortuitò. Prudentis uiri eſt nihil temere agere. Quòd hodie Ioannes non uenit, haud temere eſt, id eſt, non ſine cauſa. Capitur pro ferè, uide in* Ferè.

Lib.4.ca.80 Tenebras, *pro nocte accipimus nonnunquàm: ſi tamen partem noctis dicas, rectius tenebris, quàm nocte utêris, primis tenebris, ſi crepuſculum ſignifices. Sed ante noctem rectius, quàm ante tenebras dixeris.*

Lib.1.cap.5 Terebra, *terebræ. Gal. tariere: format diminutiuum terebellum neutri generis, inſtrumentum perforatorium. Gall. Viberquin, ou ung foret. A' terendo.*

In Raud. Thermæ, *Græcum eſt, ſignificat locum, ubi caleſcimus, non lauamur, ut in balneis. Gal. Vnes eſtuues.*

In eundem Teter, *malus, inſuauis: Hoſtis teterrimus. Nihil hoc morbo tetrius. Tetro aſpectu. Teter odor. Tetra uoce, &c. Ater ſignificat nigrum.*

In eundem Tempeſtiuus, *Sui temporis. Gal. Choſe de ſaiſon.* Tempeſtiuè *aduerbium, ſuo tempore. Intempeſtiuè, non ſuo tempore.*

In eundem Tinnire, *propriè eſt metalli. ſicut enim homines ſono, ſic æra tinnitu dignoſcimus.*

Tibicen, *qui canit tibia. Gall. fluteur. Tubicen, qui canit tuba. Gall. trompeteur.*

In eundem Tignarius faber, *omnis qui ædificat. Gallicè, charpentier.* Tigni *enim nomine omnis materia continetur: materia nonnunquàm omne lignum continet.* Contignatio *dicitur ſolarium domus, ſiue ſtratum ſit cæmento lateribuſ'ue, ſiue non ſtratum. Gallicè, plancher, eſtage.*

Tituba

Titubare, *eſt pedibus non ualentis inſiſtere, quales ſunt ebrij, infirmi. Transfertur ad animum, & ad linguã, ac ſermonem. Solet plerunq; ſermo mentientis titubare. Gall. la parolle d'ung mẽteur ha de couſtume de uaciller. Inde titubantia oris & linguæ. Gall. uacillation.* Lib. 5. ca. 84

Timeo te, *tanquam inimicum. Gallicè, ie te crains.* Lib. 3. ca. 45
Timeo tibi, *ne quid mali tibi accidat. Gall. i'ay crainte que mal ne t'aduienne.*

Tollo, *ſuſtuli, ſignificat accipere, uel habere ex aliquo. Hic uxorem ex qua iam tres liberos ſuſtulerat, repudiauit. Fœmina cùm ſit mater, peperit: uir, cùm ſit pater, tollit liberos. Secundò tollere, id eſt, educare. Mater ab ſe infantem abiecit, pater abdicauit, amici ſuſtulerũt, id eſt, educauerunt. Terentius:* Lib. 5. ca. 13

*Quicquid peperiſſet, decreuerunt tollere.*

*Tertiò tollere, auferre. Gall. oſter, enleuer. Vergilius:*

*-Iubet & ſublata reponi Pocula. Horatius:*

*- Crudeles tollite claudum.*

*Tollo librum meum, qui humi décidit. Quartò in altum tollere. Iam occidiſſet, niſi pater ſublatum enſem à tergo detinuiſſet. Epigramma in Neronem: Quis neget Aeneæ natum de ſtirpe Neronem? Suſtulit hic matrem (id eſt, è medio tulit) ſuſtulit ille patrem (id eſt, humeris extulit.)*

Tortile, *diſtortum, ſiue contortum. Gall. retors, ou entortillé, ut funes tortiles.* Tornatile, *torno factum, Gallicè, tourné, faict au tour. Poculum tornatile. Gallicè, ung hanap faict au tour.* Tornare, *torno polire. Gall. tourner.* Tornus, *eſt inſtrumentum tornandi. Gallicè, ung tour ou tournoir.* Lib. 1. cap. 8

In Raud. Toga, eſt genus ueſtis Romanorum, ſicut pallium Græcorum. Vnde comœdias togatas dicimus, quæ à Græco non ſunt traductæ: & Palliatas, in quibus perſonæ pallium habent.

Lib.3.cap.35 Traijcio, uerbum uehementiſsimæ tranſitionis, regit duos accuſatiuos: ut, Cæſar traiecit exercitum mare, id eſt, tranſportauit trans mare. Traijcio Iſelam, id eſt, tranſeo Iſelam. Rheno traiecto, Coloniam intrabis: id eſt, tranſito.

Lib.4.ca.34 Triclinium, eſt locus tribus menſis inſtructus ad conuiuandum, uel tribus toris, in quibus ſedeant conuiuæ. Qui huiuſmodi præeſt conuiuio, architriclinus uocatur. Conclaue, uide loco ſuo.

In Raud. Tribules, dicuntur qui ex eadem tribu ſunt: ut Romæ olim fuerunt ſex & triginta tribus. In Iudæa qui ex tribu Leui, tribules uocantur.

In eundem. Trieris, eſt nauis tres habens ſeſsiones. Idem penè quod triremis Latinè ſignificat. Gall. Gallere.

Lib.4.ca.48 Tribunus, qui magiſtratū tribunatus gerit. Tribunitius, qui tribunatum geſsit.

Ibidem Triumphator, qui triumphat, aut qui triumphauit. Triumphus, eſt pompa illa celebris, quæ fit redeuntibus in urbem cum uictoria.

In Raud. Trophæum, eſt monimentum uictoriæ, quod publico in loco ſtatuitur, aut geſtatur, ut apud Thebanos equus æneus, monimentum uictoriæ contra Lacedæmones.

Lib.2.ca.22 Tum, capitur pro tunc: ut, Tum tua res agitur, paries cùm proximus ardet. Quid tum? id eſt, quid tunc eſt, uel

*uel erit? Secundò pro coniunctione æquante duas, aut plures partes orationis: ut, Petrus omnium artium peritißimus, tum logices, tum rhetorices, tum grammatices, id eſt, tam logices, tam rhetorices, quàm grammatices.*

Turba, *propriè & naturaliter ſignificat perturbationem. Quid intus turbæ audio? Caue ne qua turba fiat.* Inde Conturbare, perturbare, & deturbare, &c. *Secundò turba ſignificat multitudinem hominum, eò quòd uix ſit ſine turba.* Turbidus, *a, um, eſt homo iracundus & commotus. Aqua turbida, id eſt, commota. Turbidum, id eſt, conciatatum & conturbatum.* Lib. 6. ca. 61

Turbo, *turbinis, non turbonis, uentus contortus, quia concitatur & murmurat in morem irati, & turbati. Gall. ung tourbillon de uent.*

Tuapte, meapte, ſuapte, *id eſt, mea propria. Ignis ſuapte natura fertur in ſublime. Petrus ſuopte cōſilio negotium meo ſuaſu aggreſſus eſt. Adoleſcētes ſuopte ingenio ad turpia labuntur, ad ſeria & honeſta uix trahuntur. Tam mihi curæ erit, quàm meapte cauſa: id eſt, mea propria.*

# V

Valetudo, *tam in bonum quàm in malum capitur. Ne te inuiſerem, corporis ualetudo impedimento fuit. Qua ualetudine es? Incolumi ualetudine, recta, ſana, optima, fauſta, proſpera ualetudine: uel, infauſta, infirma, non recta ualetudine, mala ualetudine.* Lib. 5. cap. 18

Valere, *& in bonam, & in malam partē accipitur. Vt uales? Gall. comme te ua il? Reſpondetur, malè ualeo.* Lib. 6. ca. 30

*Vale, aliâs eſt uox abeuntis. Valeant qui inter nos diſſidium quærunt: id eſt, abeamus ab eis, & dicamus eis uale: non (ut quidam exponunt) pereant. Salue, uide loco ſuo.*

Lib. 6. ca. 31 Vas, *uadis, eſt qui ſponſor eſt alterius in capitis periculo. Quod de Pythia & Damone legitur: quorum alteri cum tyrannus diem mortis dixiſſet, alter pro amico ad uiſendam matrē ituro, uas factus eſt: ita ut ſi ille ad diē præſtitutum nō rediſſet, hic capitis ſupplicium ſubiret.*

Vadimonium, *eſt ſponſio die certo ſe in iudicio uel per ſe, uel per aduocatos futurum.* Vadari, *eſt reum uade uel uadibus mutare. Et iungitur accuſatiuo. Liuius: Tot uadibus accuſator uadatus eſt reum.*

Lib. 5. ca. 84 Vacillare, *eſt inſtabilē eſſe. Gal.* Bransler. *Quintilianus: Eſt & illa indecora in dextrū, ac ſiniſtrum latus uacillatio, alternis pedibus inſiſtentium. Nauis uacillat. Literæ uacillant. Gall. les lettres panchent d'un coſté & d'aultre, elles ne ſont point droictemēt eſcriptes. Animus uacillat, quum inconſtans in diuerſa flectitur.*

Lib. 5. ca. 85 Vacare, *perſonale, duo ſignificat, uacuum eſſe, id eſt, carere, non habere. Vacas culpa, id eſt, cares. Et operam dare. Vaco philoſophiæ, uaco literarū ſtudio, &c. Cum nomine tantùm ſignificante actionem quandam, ſiue qualitatem, adiungemus A' præpoſitionem. Vacas à labore, uacas à ſtudio, uacas ab agricultura. Secundò uacare imperſonale, ſignificat uacuum eſſe, ſeu liberum, ut ita dicam. Gall. auoir loyſir. Nunc dic, ſi quid me uis: cras enim non uacabit. Si uacat tibi audire, rem omnem narabo ordine. Inuiſerem te, ſi uacaret, id eſt, ſi uacuum ad hoc tempus eſſet.*

Vbert

Vbertim, *id eſt, copioſè. Vbertas copia. Quæſtus uberrimus.* Lib.6. ca.2

Vernaculus, *à Verna, qui eſt ſeruus domi noſtræ natus ex ancilla noſtra, aut ſeruo. Vernacula lingua, id eſt, ea quam domi didicimus.* Lib. 1. cap.5

Verſus *præpoſitio regit accuſatiuum, ſed ſemper poſtponitur ſuo caſui, Romam uerſus. Gal. uers Romme. Componitur, & dicitur aduerſus, uel aduerſum: Surſum uerſus, deorſum uerſus, utroque uerſus. Si autem accedat alia præpoſitio* AD, *tunc* VERSVS *aduerbium eſt: ut, Ad Occidentem uerſus.* Lib.2. cap.8

Væ, *datiuum poſtulat. Væ uictis.* Lib.2. cap.2

Verò, & autem, *nunquàm in principio orationis ponuntur, ſed ſemper neceſſe eſt antecedere unam dictionem.* Porrò, *ferè ſemper in principio orationis ponitur: raro poſt primam dictionem. Hæc tria idem ſignificant.* Lib.2. ca.24

Verò, *non iungitur huic uerbo* NON: *ut, amicus tibi ſum, non uerò aſſentator, non rectè dicitur: ſed, non autem. Et quoties geminatur idem uerbum: ut, hunc doces, me non doces. Alienos curas, nos non curas. Non rectè dicitur: tuos autem non curas. Sed ſi uerbum repetitur ſine contrarietate, tunc licet uti* AVTEM, *uel* VERO. *Sapies, ſi id facies: facies autem, ſi me amabis. De* AVTEM, *uide loco ſuo.* Ibidem

Velut, ueluti, uti, quaſi, tanquam, ceu, *imaginem ſignificant.* Sicut, ſicuti, ut, *comparationem & ſimilitudinem. Comedis tanquam canis: imago eſt, non ueritas. Comedis ſicut canis, id eſt, ſicut canis comedit.* Lib. 2. ca.39

Incedis uelut rex, id eſt, uelut rex eſſes. Incedis ſicut rex, id eſt, ſicut rex incedit. VT tamen uidetur eſſe commune omnibus. Vna tamen figura eſt loquēdi, in qua SICVT & VELVT idem ualent: ut cum enumeratis rebus, aliquid exempli cauſa ſubiungimus. Quid eſt dementius, quàm cum nihil diſcatur, præceptorem fallere, uelut tu facis? Omnibus quibus friget ſanguis, minus ualet ingenium, uelut ſenibus, &c. VTI, interdum pro VT capitur. Vergil. Nanq; uidebat uti bellantes Pergama circum, Hâc fugerent Graij. Ita Veluti, Sicuti.

Ceu, magis poëticum eſt. Item Vt, iunctum his uerbis, facio & committo, &c. Interdum non ſignificat cauſam finalem actus, ſed ipſum actum cui iungitur. Fac ut in uirum doctum euadas. Nunquàm committam, ut ſcribendi officio abs te uincar.

Lib. 3. ca. 86 Vector, qui in aliena naui pro pretio uehitur. Aliquando pro eo qui uehit, inuenitur.

Lib. 4. ca. 18 Venia, indulgentia. Cum uenia tua dixero, id eſt, concede ut liberè, uel audacter loquar. Secundò, licentia. Hodie dabitur nobis uenia ludendi.

Lib. 4. ca. 53 Veſcor, ueſceris, eſt comedere, ſed proprium eſt hominum. Carne, caſeo, butyro ueſcor.

Lib. 4. ca. 59 Vectigal, eſt prouentus ex aliqua re ſiue priuata, ſiue publica. Cicero: Non intelligunt homines, quàm magnum uectigal parſimonia eſt. Fœnus, uide loco ſuo.

Lib. 4. ca. 95 Venale, id eſt, expoſitum uenditioni. Gallicè, choſe eſtant à uendre. Hæc domus uenalis eſt, id eſt, proſcripta.

Vendibilis res eſt, quæ talis eſt, ut facilè uendatur, Cōme es pommes, celles qui ſont les plus belles, ſont

miſes

miſes ſur les moindres, ut ſint uendibiliora mala, id eſt, ut magis alliciant. Gal. plus uendables. Trāsfertur ad omnia quæ ſpecie placent. Inde Venditare, iactare.

Vendicare, eſt appropriare, ut barbarè dicam, & meum dicere: ut, Itali armorum gloriam, Græci ſapientiæ laudem ſibi iure uendicare poſſunt. Hunc ego agrum mihi uendico, Gall. ie ſaiſis ce fond comme mien. Lib. 5. cap. 8

Ventitare, eſt frequenter uenire. Lib. 5. ca. 10

Vertex, eſt contorta in ſe aqua. Trāsfertur ad ſummam partem capitis, eò quòd illic in ſe contorqueantur capilli more aquæ: & ad ſumma iuga montium. Lib. 6. ca. 1

Verber, eſt inſtrumentum longum & exile, quales ſunt ſummitates ſarmentorum. Gallicè, une uerge. Inde uerberare, id eſt, percutere uirga, baculo, fuſte, loro, flagello, ferula, arundine. Verbera inde pro ictibus accipiuntur, ſed per translationem. Pulſare, uide loco ſuo. Lib. 6. ca. 47

Verſicolor, generis omnis, quod eſt uario colore infectum. Caudā pauonis, marmora, lynces, angues uerſicolores dicimus. Irim uerſicolorem legimus. Veſtis quæ uario colore eſt, uerſicolor dicitur. Lib. 6. ca. 59

Veterator, ſeruus eſt, qui uēditur in ſeruum, quum prius apud alium ſeruierit. Nouitius, qui nunc primùm incepit eſſe ſeruus. Vendebantur pluris nouitij, quàm ueteratores. Lib. 6. ca. 59

Veruex, eſt aries caſtratus.

Viſo, is, ere, ire ad uidendum: uerbum eſt inchoatiuum, non deſideratiuum, ut plerique uolunt. Laurentius corrigit uocabula horum uerborum. Inchoatiua, ut pa- Lib. 1. cap. 25

teſco, crebreſco, tremiſco, uocat meditatiua, ſiue exercitatiua: ut, qui caleſcit, id eſt, fit calidus, ille exercetur ad calorem: & habent eadem præterita quæ primitiua, calui, frigui, patui. Meditatiua uocat deſideratiua, ſiue optatiua: ut, eſurio, id eſt, cupio edere: parturio, id eſt, cupio parěre: cacaturio, id eſt, cupio cacare: micturio, cupio meiere. Verba deſideratiua uocat inchoatiua, ut faceſſo, id eſt, eo ad faciendum: laceſſo, id eſt, eo ad laceſſendum, id eſt, prouocandum ad bellum. Acceſſo, id eſt, eo ad uocandum. Viſo, id eſt, eo ad uidendum. Viſe ubi Petrus ſit. Gallicè, ua ueoir ou eſt pierre. Viſe, aliquando ecquid ualeamus. Gallicè, Vien ueoir quelque fois comment nous nous portons. Tamen hæc omnia ſæpe pro primitiuis uſurpantur.

Lib. 2. ca. 59 Viciſsim, ferè ſemper pro è diuerſo, uel è contrario legitur. Quãdo tibi parui, ſupereſt, ut tu uiciſſim tuo fungaris officio. In eadem ſignificatione inuenitur INVICEM & MVTVÒ, uide ſuis locis.

Lib. 3. cap. 51 Videor, ruſticè cum QVÒD utuntur: uidetur tibi quòd non amem te, &c. Sic dicetur: Videris mihi me non amare. Videor tibi ſtultè amare. Videtur mihi Petrus ſcribere. Videor tibi ſtultè agere. Videtur mihi uidere. Videmini nobis inſulsè dicere.

Lib. 3. ca. 83 Videas, uidere licet. Cernas, licet cernere. Videre eſt, cernere eſt, idem ſignificant. Videas nonnullos adeò ſui ignaros, ut quò minus ſciant, eò ſibi plus arrogent. Videre licet nonnullos adeò peruerſo animo, ut quod maximè uetitum eſt, id uelint maximè.

Lib. 3. ca. 20 Vicus, Gallicè, rue, eſt pars urbis ædificata. Vel frequentia

*quentia uillarum extra urbem, dicitur uicus.* Villaige ou bourg.

Vicinia,*eſt cōgregatio uicinorum.* Gall.uoiſinage: Ibidem. Vt,*hic noſtræ uiciniæ nuper commigrauit*. Gallicè, ceſtuy eſt nagueres uenu demourer en noſtre quartier.

Surburbanum,*uide loco ſuo.*

Villa,*eſt domus in agro.*Gallic.une metairie. *Eamus in uillam noſtram.* Lib. 6.ca.42

Vindicare, *primò ſignificat ulciſci.* Gall. uenger. Inde uindicta: & uindex, *qui uindictæ cupidus eſt. Secundò ab iniuria defendere. Tu literas iam penè à barbaris oppreſſas, ab interitu uindicaſti.* Vindicare in libertatem,*eſt aſſerere.* Lib.5. cap.8

Victitare, *eſt cum aliquo conuerſari, uel aliqua re ueſci. Sarmatæ lacte uictitant.* Gallicè, Les Sarmates uiuent de laict. Lib. 5.ca. 10

Victus, *hoc ſolùm & omne dicitur quo uiuimus: ueſtitus aliud eſt quàm uictus. Victus eſt genus uitæ quātum ad mores & conuictum.* Lib.6. ca.56

Viſceratio , *eſt conuiuium quod magnificentiæ cauſa pluribus datur, ex carne.Seneca: Sine amico uiſceratio,leonis ac lupi uita eſt.* In Raud.

Viritim, *per ſingula capita.* Gallicè, de homme en homme.*Viritim pugnare,dimicare.*Gal.combatre homme à homme. Lib.6. ca.20

Vltro & citro, *tam ad dicta quàm ad locum referuntur.* Exemplū de loco, *Non decet Chriſtianum in eccleſia ultro citroq; cōmeare.*Gal.deça dela,d'un coſté & d'aultre.*Solent adoleſcentes in eccleſia,ut puellis uideantur* Lib.2. ca. 57

*tur, ultro citroq́; deãbulare.* De dictis, *Multus hodie inter nos ſermo de tua cauſa ultro citroq́; eſt habitus.* Gall. *ce iourdhuy a eſté beaucop parlé d'une part & d'aultre de ton affaire.*

Lib.3.ca.67 Vnus, *interdum idem ualet quod ſolus, & regit genitiuum ut* SOLVS, *more ſuperlatiuorum.* Plurima *dicenda occurruut, ſed hoc unum omnium commemoraſſe ſat erit.* Hoc ſolum *ex omnibus.* Tu unus *omnium amicorum reliquus es, qui mihi in afflictiſsimis rebus opem ferre & poßis, & uelis.*

Lib.3.ca.49 Volo & Oportet, *iunguntur ſupinis aut participijs pro uerbis præteriti uel præſentis temporis: ut,* Parenti *morem geſtum oportuit.* Gall. *il falloit obeir à ſon pere.* Liberis *conſultum uolumus,* Noſtræ *amicitiæ conſultum uolo.* Huic *mandes, ſi quid rectè curatum uelis.*

Lib.6.cap.5 Vociferari, *uide in* Flere.

Volare *pro currere, uel feſtinare transfertur.* Fac *ad me quàm primùm aduoles.* Volitare, *pro diſcurrere transfertur.* Volitant *per forum, qui uagantur huc atque illuc.*

Lib.6.ca.43 Volumen, *à uoluendo dictum eſt, tantum codicis, quantum commodum eſt ferre manu, & legere.* Liber, *eſt tanta pars operis, quantum autor ingenio ſuo metiri uoluit.* Vt *Aeneis Vergilij in unum coacta codicem, unum quidem uolumen eſt, ſed duodecim libri.* Tamen *librum in ſingulari ſine appoſito pro codice licet accipere ſiue uolumine.* Habet *librum in manu: ſed non rectè dicitur, librum Vergilij, pro Aeneide tota.*

Vomica, *á uomendo, Gall. quelque boſſe ou apoſtu= me. Eſt tumor ille cutis, quo rupto effluunt humores.* In Raud.

Vtpote, *cauſalis coniunctio. Vide in* QVIPPE.

Vtique & profectò, *idem quod certè, affirmant. Sed* VTIQVE *frequentius apud poſteros: apud prio= res, Ciceronem, & cæteros, ferè nunquàm. ſed* PROFE= CTÒ *plerunque adhibemus in reſponſione ad interro= gationẽ. Quis hæc renunciauit? Vtiq; qui interfuit. Vter magis inops eſt, an cui paulum ſatis eſt, an qui omnia pu tat eſſe nihil? Profectò cui paulum ſatis eſt. Idem facimus per* CERTÈ, NIMIRVM, NEMPE. *Interdum tamen citra interrogationem reperiuntur.* Lib.2.ca.27

Vt, *pro utpote, ſeu quippe. Senes nemini fidunt, ut quibus omnia ſunt ſuſpecta. Et pro* SECVNDVM. *Magna habenda eſt gratia, ſi quis quid reddat, ut nunc ſunt mores: id eſt, ſecundum quod nunc ſunt mores. Satis moratus eſt Ioãnes, ut in hac ætate, id eſt, ſecundum quod ſunt homines in eius ætate.* Lib.2.ca.28

Vt ne, *interdum ponitur pro ne: ut, Apprimè utile eſt in uita, ut ne quid nimis.*

Vter, & neuter, uterq;, *de duobus tantùm dicun tur. Vter utrũ prior laceſsiuit? Gal. qui a aſſailli l'aultre le premier? Vix Latinè reſpõdetur, uter utrunq;: Sed, uterq; alterũ, id eſt, & hic illũ, & ille hũc ꝓuocauit. Aut, neuter alterũ: nõ, neuter neutrũ. Vterq; alterũ odit, id eſt, & Pe trus odit Ioãnẽ, & Ioãnes Petrũ: nõ, uterq; utrũq;. Neu= ter alterũ amat: non neutrũ: id eſt, mutuò ſe odio habent.* Lib.1.cap.15

Vtor re illa, *in qua non conſtituo finem, ſed al= terius rei gratia. Vtor libro, utor tua opera. Vtor tuo conſilio.* Lib.5.cap.9

*conſilio.* Inde uſus, *uſage. Omnibus meis rebus ut tuis utere.* Vtor, *ſecundò conuerſor.* Petro *uiro literatiſsimo familiariſsimè utor,id eſt, uerſor cum eo.* Inde *uſus,familiaritas.Vſus mihi tecum eſt, id eſt, conuerſatio. Vſus,id eſt utilitas uel fructus.Quamuis iſtud ſciam uſui mihi nõ fore,tamen tua cauſa faciam.*Fac *intelligat* Marcolphus *meam apud te commendationem magno ipſi uſui fuiſſe.* Fruor,*id eſt,delector re aliqua. uide loco ſuo.*

*Lib.1.cap.13* Vti foro, *eſt ſe accommodare loco, tempori,rebus, & perſonis.*Neſcis *uti foro.*Gal.*tu ne te ſcais gouuerner ſelon le temps.*

Vtrum, *de duobus interrogat, cùm aduerbium eſt* Cicero, *Vtrum iſtud conuertere eſt dicta* Platonis, *an peruertere? Vtrum hoc eſt docere,an dedocere?*

FINIS.

# FARRAGO

## SORDIDORVM VERborum, ſiue Augiæ ſtabulum, accuratius iam repurgatum, per Cornelium Crocum Amſterodamum.

SVM contentus (ut hinc auſpicemur, quoniam uix aliud uulgatum magis) Latinum quidē eſſe quis negets? ſed ferè non abſq; ablatiuo, aut infinito reperias: ut, Nihil fœlicius animo ſua ſorte contento. Et, Fortuna obeſſe nulli cōtenta eſt ſemel. Porrò Contentor prorſus barbarum eſt. Proinde dicas elegantius, Non recuſo, Placet, Perplacet, Placet ut dicis, Fiat, Percupio, & in Terētij Heautont. Paratus ſum. Non hic exemplis, ut in hoc argumento, ob diffidentē ac moroſum lectorē, in rem præſentē adducendis, prolixam ac moleſtam operam ſumere eſt animus, apud eruditiorē paulò lectorem etiam inanem. Nam breuitatem mihi quidē occupatiſſimo neceſſariā, pueris uerò quibus potiſſimū hoc laboris ſuſceptum eſt, commodam, quoad licet, perſequi decretum.

*Contentus.* *Contentor.*

Diu eſt prima, nec elegans, nec Latinum eſt, pro Iandudum præterita eſt, uel ſonuit. Quærenti quoq;, Iam'ne ſonuit prima? Iandudum reſpondebis, non diu, ut uulgò loquuntur. Terentius: Iandudum dixi, idemq; nunc dico Lache. Nec quandiu ſonuit prima, ſed quandudum, interroges licebit. Idem, Venit Chærea. PH. Frater'ne?

*Diu eſt prima.* *Quandiu.*

DO. Ita. PH. Quando? DO. Hodie. PH. Quamdudum? DO. Modò. Plautus: Quandudum è foro adueniſti domum? Non ita dudum. Et apud Terentium, ni male memini, Haud dudum. Atq; hæc quidem de tempore breuiori: nam de longiori, quampridem & iandiu, uel iampridem, aut pridem dicere memineris. Idem: Quærit quampridem pater mihi & mater mortui eſſent, dico iandiu. Cicero: Quæro, quampridem hoc nomen Fannij in aduerſaria retuliſti? Plinius: Medici non pridem uenêre in Italiam. Verùm hîc refert attentè obſeruare Laurentij Vallæ diligentiſſimi hominis differentiam: Tuba dudum, inquit, aut iamdudum ſonuit, non, Iandiu ſonuit. Iandiu mortuus eſt, non, Iandiu animam emiſit. Diu nauigaui; diu equitaui: non autem, Diu receſſi, aut diu equum aſcendi. Diu etenim & Iandiu, temporis continuationem ſignificant. Plautus tamen, ne quid diſſimulemus, Ex Anactorio, inquit, ubi prius habitauerat, huc commigrauit in Calidonem haud diu.

Vt aliud ex alio incidit, Terentianum illud ex Eunucho proxima annotatione adductum, commodùm me admonet, ut de ITA nonnihil attingam: quod parum eruditi perinde accipiunt, quaſi reſpondeat negationi non: cum affirmatiua reſponſio, autore Valla, hæc propria ſit, Etiam. Plinius, Studes inquam? Reſpondet: Etiã. Vbi? Mediolani. Cicero: Si non, quomodo tabulas conficis? ſi etiam, quã ob rem hoc nomẽ triẽnio amplius in aduerſarijs relinquebas? Sed dictu mirum quàm non placeat, imò quàm lapidetur ab indoctis particula hæc, etiam: adeò in teneris aſſueſcere multum eſt. At reperitur quidem Ita apud

Marginal notes: Ita. — Etiam.

apud Terentium, ſed dictum ab improbius reſpondente: ut in eo quē dixi loco, uel inde intelligere eſt, quòd percontanti Phædriæ: Quando? parum commodè, ut ſeruis mos eſt, reſpondet, Hodie. Tum in eo ſenſu, ut ſubaudiatur eſt: quod ipſum nonnunquam exprimitur, quod genus eſt, & Sic eſt. Terentius: Hic quoq; bonā magnamq; partem ad te attulit. TH. Ita eſt. Idem, Ain' tu? CR. Sic eſt. Nam quòd Sic, per ſe in reſponſione apud eundem inuenitur, Siccine eſt ſententia? ME. Sic. id fit ſolenni Latinis reſpondendi more, quo cum alijs uocabulis, tum maximè uerbo quo interrogatum eſt, reſponderi ſolet. Plautus: Audin' tu illum? BL. Audio. Terentius, Eſt Simo intus? DA. Eſt. Idem, Scis'ne hoc certò? GE. Certò. Poſſunt huiuſmodi uerò proferri pluſquàm ſexcenta.

Ex oppoſito, equidem negarim receptum eſſe uſu doctorum, quamuis uulgatum ſit, pro è regione, aut exaduerſum dictione compoſita, uel diuiſa, ex aduerſo. Terentius, Apud ipſum lacū eſt piſtrilla, & exaduerſum eſt fabrica. Ibi eſt. Idem: Exaduerſum ei loco tonſtrina erat quædam. Et mox: Ea ſita erat ex aduerſo. Ex oppoſito.

Eiuſdem farinæ Econuerſo & Econtra ſunt, quorum hoc conſtanter reijcitur: de illo Grammatici certant, & adhuc ſub iudice lis eſt. Ac producuntur quidem exempla non pauca è probatiſſimis undecunque autoribus, ſed quæ non uacent mendi ſuſpicione: nulla tamen è poëtis, apud quos an mendum eſſet, facilè deprehendi poſſet. Eruditorum centuriæ, Contrà, Econtrario, & Ediuerſo dicere amant. Econtra. Econuerſo.

Similis

Rubeum. *Similis de rubeo controuerſia eſt, quòd ſunt non paꝛrum multi, qui negent probum eſſe uocabulum: ſunt rurꝛſum qui contendant apud* Plinium *extare*. Equidem *erratum ſuſpicor in litera, & e, pro r, poſitum. Vtcunq; eſt, quum rubri nomen habeamus, tutius præſtat, quàm licentius loqui. At uerò* Grizeus *&* Blaueus, *palam improba*

Grizeus. Blaueus. *ſunt, cuiuſmodi plurima ſciens prætereo, ne lectori faſtiꝛdio ſim*. Pro *illis ſubijce*, Cineritius, Cæſius, Cæruleus, Glaucus, Venetus, Thalaßicus. Eraſmus: *Si quis pro ciꝛneritio pallio ſumat atrum, aut pro lanea ueſte ſumat liꝛneam*. Terentius, Rubicundus, *criſpus, craſſus, cæſius*. Vergil. *Olli cæruleus ſupra caput aſtitit imber*. De *mulꝛtiplici colorum facie, uide Gel.lib.2.cap.26.*

Accommodare. Non Accõmodare, *nec* Rogare, *aut* Dare *accõmodaꝛtò, ſed commodare, & rogare, ac dare commodatò dicet, qui rem dat, aut petit utendam*. Eraſmus: *Præſtat habere domi, quàm rogare commodatò*. Nam *accommodare ſiꝛgnificat aptare*. Vergilius:

*-Lateriq; accommodat enſem.*

Et *hinc accommodatus, aptus*. Eraſmus, Ridicula, *inꝛquies, comparatio: imò ſi propius intendere uacet, haud ſcio an ulla ſit accommodatior*. In Rhetoricis *ad* Heren. *ſiue illa* Ciceronis, *ſiue alterius ſunt, accommodare pro commodare legitur*. Verùm *id haud dubium, quin libraꝛriorum acciderit errore, quod uel ipſa clamat compoſiꝛtionis aſperitas*. Locus *ſic habet: Ait ſe ædes maximas cuidam amico ad nuptias accommodaſſe. Vtut eſt, unum exemplũ non facit uſum, non magis quàm unica hirundo uer*. Addam *illud, etiamſi minutius, ineptè dici: Quæſo ut*

com

*commodes mihi librum tuũ pro hoc die, pro paucis die- bus, pro duabus hebdomadis: uel ad paucos dies, ad duas hebdomadas: cùm dicendum ſit, In hunc diem, in pau- cos dies, in duas hebdomadas. Nec cum hoc uerbo ſolo ſic loquũtur imperiti, circunforaneus ipſorum lepor eſt: quare profuerit non hîc tantùm, quod dictum eſt, obſer- uare, ſed exemplis pauculis noſtra confirmemus.* Plautus: *Alium conuiuam quærito in hunc diem tibi.* Liuius: *Obſi- dio in loco nudo, atque inopi uix in paucos dies tolerabi- lis erat.* Idem: *In duos menſes induciæ factæ.* Idem: *Vtrum in unum annum creati ſint.* — Commoda ꝑ hoc die.

*Nec Confundere, idem ſignificat, quod pudefacere, uel incutere pudorem, ut malè quibuſdam perſuaſum eſt, ſed commiſcere, & nonnunquam perturbare, aut cõſterna- re.* [redacted]: *Hæc tamen ille confundit, ut multa iura co- quus.* Liuius: *Confuſam eam ex recenti morſu animi cùm pater fortè uidiſſet.* [redacted]: *Quos pudet negare ijs, qui petunt, quod æquum non eſt, poſteà pudefiunt ab ijs, qui meritò uocant in ius.* Horatius: — Confundere.

*—Nec mox Incutiant aliena tibi peccata pudorem.*

*Poßibile eſt, & impoßibile eſt, cùm uix uſquam repe- riantur, niſi fortè apud recentiores, nec doctis pleriſq; ad ſtomachum faciãt, nos illis omißis uſitatius iuxtà ac ele- gantius, fieri poteſt, uel non poteſt, dicemus.* Cicero: *Po- teſt fieri, ut is, unde te audiſſe dicis, iratus dixerit: poteſt etiam fieri, ut tu non rectè intellexeris.* [redacted]: *Fieri po teſt, ut ipſe uos reuiſam à paſcha.* Idem: *Fieri non potuit, quin hoc pectus inhabitarit ſpiritus ſanctus.* — Poßibile eſt.

*Qualis liber eſt? aut qualem librũ habes? aliud ſignifi-* — Qualis liber eſt?

*cant, atq; indocti quidam perſuaſum habent, pro quibus dicendum, Quid libri eſt? & Quid libri habes? Eraſmus: Quid libelli profers è crumena?*

Non ſemel. Non ſemel, *pro ne ſemel quidem, haud ſcio, inſolentius'ne ſit, an ineptius.* Nam, non ſemel Latinis *uſitatè dicitur, pro plus ſemel: ut* Eraſmus, Scis, *quàm grauiter paulò antè laborarim, idq; non ſemel.* Idem: *Salſamenta nõ ſemel recocta.* Paulò *diuerſius, at nihil contra nos,* Plautus: *Liberare, inquit, iuraſti me haud ſemel, ſed decies.*

*Pergere.* Nihilo *ineptum minus* Pergere *pro proficiſci:* Nam *pergere ſignificat in re aliqua procedere.* Terentius: *Si pgis, abiero.* Perſius: *Perge, tacebo. Sic: Si mihi moleſtus eſſe pergis, dicam præceptori.* Nonnunquam *tamẽ uſurpatur pro uado, ne quid diſsimulem.* Terentius: *Quò pergis?* Idem: *Poſtridie ad anum rectà pergit.* Loquitur *ita ſæpius.* Proinde *uulgare illud,* Pater meus perrexit Antuerpiam: *ad* Gotthos *relegandum eſt.*

Vigiliæ *mortuorum.* Funeralia, *ſiue, ut* Iouianus Pontanus *habet, mortualia, por uigilijs mortuorum.* Is *enim quũ uinarius promptor nuſquam compareret,* Quid *moramur, inquit, quin cantemus illi mortualia?* Eraſmus *cantiones funerales appellat in* Colloquijs. Idem *funebre ſacrum uſurpat, pro*

Miſſa *animarum.* *miſſa animarum, quam uocant.* Et *quod dicendum hic ſiet, ſacrum pro miſſa, doctis omnibus uſitatius eſt,* Latiniſq; *auribus familiarius.* Facere *enim ſacrum, aut pri-*

Celebrare *miſſam.* *mum ſacrum, non celebrare miſſam, aut primitias dicunt illi.* Et *miniſtrare, aut inſeruire ſacerdoti ſacrificanti, & huiuſmodi.* Neque *uerò ſuggillatum uolo ſolennem eccleſiæ uſum, ſed ſermonis quotidiani abuſum correctum.*

In

*In iis enim, quæ recitantur, aut cantantur in cultu eccleſiaſtico, religio pietas'ue ſpectari poteſt: ſermonis polities in aliis. Sunt item in ſacris literis uoces aliquot receptiores, quàm ut loco moueri uel debeant, uel poſſint: quod genus ſunt* Benedicere, *pro* laudare, *&* prædicare. Benedictus, *pro* laudatus, *ſiue* preclaræ famæ. Fides *pro* perſuaſione, *ſiue* fiducia. *Nam* Fides *Latinis, magis* Fides. *pertinet ad eum, qui pollicetur, aut præſtat, quàm ad eum, qui credit, aut fidit: cùm appellata ſit, ut placuit Stoicis, autore Cicerone, quia fiat, quod dictum eſt: niſi cùm dicimus,* Habere fidem, fidem facere, fidem accipere: *quo in ſenſu Martialis extulit.*

*- Accepit fabula priſca fidem.*

*Et huc pertinere arbitror preces matutinas, primæ,* Matutinæ. *tertiæ, ſextæ, & nonæ horæ preces, & ueſperas preces,* Veſperæ. *Latinius dici, quàm ut uulgus matutinas, primā, tertiam, ſextam, nonam, aut ueſperas per ſe. Quanquàm matutinæ duntaxat, & ueſperæ ſic tolerari poſſunt, quo modo Cicero ſubinde duodecim uſurpat abſolutè, pro duodecim tabulis. Et autor Rhetoricorum ad Herennium, Huc, inquit, decima uenitote: pro decima hora. Sed exemplis, quæ diximus, doceamus. Eraſmus: Quodam die cùm perſolueret penſum precum matutinarum cum ſuo ſodali: Idem, Primæ horæ precibus nondum dictis. Ad hæc preces horariæ, quas imperiti horas appellitant. Idem, Prætermiſi hodie audire ſacrum, ac dicere preces horarias.* Horæ. Breuiarium. *Idem codicem precum horarium uocat, qui uulgato uerbo breuiarium indoctis dicitur.*

*Facere locum, pro dare locū improba oratio eſt. Plau* Facere locū.

*m 2 tus,*

*tus, Date mihi locum, ubi accubem amabò.*

Mittere trã ſire. *Facere uiam, uel mittere tranſire, apud eruditos minimè idem eſt, quod dare uiam. Plautus, Date uiam mihi. Idem, Date uiam, qua fugere liceat. Nam facere uiam, aliud ſignificat. Vide Vallam, & paraphraſim.*

Patronus. *Patronus item pro præſide, uulgatius quàm Latinius eſt: ut, D. Hieronymus eſt ſtudiorum præſes. Eraſmus: Apollo eius inſulæ præſes. Idem: Adhortãs, ut diui, quiſquis eſſet eius templi præſes, auxilium imploraremus.*

Ratus. *Glis, pro ſorice non rectè accipitur, ſiquidem glis nihil minus ſignificat, quàm quem quidam ratum uocant. Eraſmus in prouerbio, Sorex ſuo ipſius indicio perijt. Soricum, inquit, proprium eſt uel ſtridere clarius, quàm mures, uel ſtrepere magis. Et diuus Auguſtinus: Licentius pulſata tabula, ſoricem ſtrepitu abſterrebat. Quid quod Eraſmus in Naufragio? Quidam, inquit, auulſit ligneam ſtatuam uirginis matris iam putrem, atque excauatam à ſoricibus. Glires porrò, quos Græci ἐλειὸς uocant, non omnis regio nouit. Eos in ipſis arboribus pingueſcere, & hyberna quiete ſenium finire, tradunt autores quidam: rurſus æſtate iuueneſcere.*

Celebrare, & facere nuptias. *Celebrare nuptias, non temere dicet cum uulgo, qui Latinè loqui uolet. Eraſmus: Cùm rem diuinam facimus, aut nuptias celebramus. Nec tamen continuò dicemus celebrare primitias, ſed facere primum ſacrum, quomodo Plautus etiam dixit, facere nuptias, & cætera. Quando fient nuptiæ?*

Eſt uerum? *Eſt uerum? grammaticè quidem dicitur, at multò elegantius, idemq; uſitatius, Ain' tu? Terentius, Ain' tu? R. Sic eſt.*

Sic eſt. Eraſmus: Auctioni hodiernæ interfui. Ain' tu? Licitatus ſum uectigalia. Plautus: Si ſcias, reliquiæ quæ ſint, perna, abdomen ſuis, glandium. R. Ain' tu omnia hæc?

Cùm Emendare rectè interdum ſignificet corrigere, Emendare ineptè tamen uulgò dici ſolet, Ego non potui emendare, non potui. pro Mihi in manu non fuit, ne fieret. Terentius, Tibi in manu eſt, ne fiat.

Lar pro foramine, uel rima, prorſus barbarum eſt, ſed poëtis pro domo uſurpatur. Eraſmus: Tibicines quædam obturatis tibiarum foraminibus canunt. Horatius: **Lar.**

Fortè per anguſtam tenuis uulpecula rimam, &c.

Mitte me, uel omitte me, uenuſtè ſignificat, quod indocti dicunt, mitte me ire. Plautus: Iam crepabunt manus ire. malè tibi, niſi me omittis. R. Non omitto. Idem: Mittis me, an non mittis? Nec minus ineptus eſt hic loquendi modus, Mitte me uidere, mitte me legere, &c. ſed dicendum eſt, Sine inſpiciam, Sine legam. Terẽtius: Sine, ad me dere, ut redeam. Idem, Sine reſpirem. Idem: Tace parumper, ſine me uiciſſim loqui. Idem: Abire non ſinam te. **Mitte me** **Mitte me ui**

Adinuicem quoque imperitis relinquendum eſt pro coniunctè. Cicero in calce ſecundi de Oratore: Mihi coniunctè eſt uiſus de utraque re dicere. Et ſecundo Rhetor. ad Herennium, Coniunctè de confirmatione, & confutatione dicendum eſt. **Adinuicem.** **Coniunctè.**

Foderatus, inuſitata dictio eſt, pro ſuffultus. Eraſmus: Eſt enim ea tunica partim nigro, partim ſubnigro ſuffulta, pileum nocturnum lineum, &c. **Foderatus.**

Vulgus inſcitè accipit nepos pro omni cognatiõe, aut affinitate. Eſt autem propriè nepos filij noſtri filius, cuius **Nepos.**

*filius pronepos eſt, huius abnepos, cuius atnepos.* Item *nepotes pro poſteris capimus.* Horat. lib. 1. Od. 2.
*Siue neglectum genus, & nepotes* Reſpicis *autor.*
*Idem in* Odis, *Vt immerentis fluxit in terram* Remi *Sacer nepotibus cruor.*

**Dictamen.** *Dictamen non rectè ponitur pro dictato, uel quod uſitatius, argumento.* Aſco. *Pædianus libellum uult intelligi, unde magiſter dictata pueris præbere conſueuit.*
Perſius: *Tén' cirratorum centum dictata fuiſſe*
Pro *nihilo pendas?*
Eraſmus: *Iuſsi erant ſcribere ad* Eraſmum, *& quidem ſuo quiſq; Marte, nec argumentum eſt ſuppeditatum.*

**Amphora.** Amplora *non idem indifferenter eſt, quod cantharus.* Nam *amphora genus eſt uaſis uinarij, & magis mẽſura, quàm poculum.* Plautus, *Vno cantharo potare. Sic idem creberrimè.* Eraſmus, *Qui domi nihil habent ſupellectilis, quoties opus eſt cantharo, aut patella, à uicino petunt utendam.*

**Spinter.** *Spinter pro acicula :* Eraſmus, *Non uiuit corpus, ſi punctionem aciculæ non ſentiat. Idem, Dum inter tot Græcos, Latinos, Hebræos codices ſurſum, ac deorſum diſcurrimus, uelut aciculam, quod aiunt, in aceruo quærentes.*

**Fibula.** *Ab hac diuerſum fibulam arbitror, quæ mihi quidem unicum illud uidetur ſignificare, quo ueſtes, maximè mulierum, cõnectuntur.* Cornel. *Tacitus in libello de ſitu, populiſq; Germaniæ: Tegumen, inquit, omnibus ſagum fibula, aut ſi deſit, ſpina conſertum, cætera intecti.* D. Hieronymus: *Fibulã, quæ chlamydis mordebat oram, excuſsit. In quem locum* D. Eraſmus, *Fibulis, inquit, aſtringunt*

*gunt extremas oras ueſtium. Spinter, & armilla, humerorum ornamenta ſunt.*

*Congruè loqui, non prorſus idem eſſe uidetur, quod emendatè loqui.* Hadrian. *Cardinalis: Cùm eloquentia constet ex uerbis, & ſententijs perficiendum eſt, ut purè, & emendatè loquentes, uerborum elegantiam perſequamur. Congruè autem is dicit, qui conuenienter, aptè, & ad rem loquitur.* *Congruè loqui.*

*Sagittare, apud ſolos neotericos, eosq; raros, inuenire licuit pro iaculari, iaculo figere, iaculo petere, aut ſagittam torquere.* Horatius in Odis: *Sagittare.*

*Quid breui fortes iaculamur æuo multa?* Idem:
*Ceruos iaculari, & celer arcto latitantem*
*Fruticeto excipere aprum.*

*Eraſmus: Extat & hodie iocus prouerbialis in cæcum, qui cornicem iaculo fixerit. Idem in Adagio: In cœlum iacularis. In cœlum ſagittam torques. Petere iaculo dicimus, aut alia quauis re: ut, Målo me Galatea petit: quod indocti ſagittare poſt aliquem dicunt. Conſequitur ergo ſagittatus quoq; Latinum nõ eſſe pro ſagitta ictus. Ictus globo tormentario. Eraſmus: Aquilam ictam ſagitta. Item nec ſagittator pro ſagittario, Latinè dici. Idem: In ſagittariorum certaminibus non ille laudatur, qui quàm plurimum emittit iaculorum, ſed qui uel uno ſcopum ferit. Sed exemplorũ affatim eſt, ac ubiq; ſatis. Facit huc, quod idem dialogo ex Lucianicis traducto, Quid tandẽ in cauſa eſt Cupido? cùm ſæpicule, quæ eius eſt copia, uariet ſermonem ipſius ſagittare, ab hoc tamen religioſè abſtinet, quanquàm aliâs non abſtinuit, ſed opere non ſerio.* *Sagittare poſt aliquẽ.*

*Superiori cognatum eſt, quod Fabius annotauit lib. 8. cap. 2. Qui iaculum emittit, iaculari dicitur: Qui pilam, aut ſudem, appellatione priuatim ſibi aßignata caret: & ut lapidare, quid ſit, manifeſtum eſt: ita glebarum, teſtarumq; iactus non habet nomen. In quibus uerbis animaduertendum eſt, nec pilare Latinũ eſſe, qua uoce uix quidquã hodie uulgatius, ac proinde nec pilatoriũ pro ſphæriſterio. Idem iudico, ſi quid ego iudico, de globare, aleare, ſimilibusq;, quæ quotidiano indoctorum uſu frequentantur, pro ludere pila, trocho, alea: uel, ut in Suetonio, aleam mittere, globum.* Horatius:

*Nanq; pila lippis inimicum, & ludere crudis.*

*Aleator tamen, & aleatorius, Latina eſſe nemo negauerit.*

Pilare. Pilatorium.

Non ſcire. *Minus hæc miretur, qui Non ſcire, facundiæ, literarumq; Latinarum parenti Ciceroni barbarum quiddam oluiſſe norit, pro neſcire: quemadmodum Magis uelle, & non uelle, pro malle, & nolle, aures ipſæ quodammodo reſpuunt. Eius hæc ſunt uerba, Non ſcire, quiddam barbarum nimirum habere uidetur: neſcire dulcius. Quanquàm (ut dicam ingenuè) haud ſcio, num id in totum, quoties diuiſum eſt, reijciendum putarit Cicero, maximè cùm ab eo loquendi modo neque Plautum, neque Terentium abhorruiſſe uideam. Sed ex hoc unum, aut alterum exemplum adduxiſſe contentus ero. In Hecyra: Quid? non ſciunt ipſi uiam, domum qua redeant? Et in Eunucho: Iſtam Thaidem non ſciui nobis uicinam. Illud quoque, quando in huius uerbi mentionem incidimus, non grauabor aſcribere, Neſcire melius ad ani*

*mum,quàm ut uulgus,ad corpus referri debere.Sic enim loquuntur :* Ego *neſcio hoc tangere.* Onus *hoc ferre ne=ſcirem, & huiuſmodi, pro non poſſum hoc contingere, &c.quod tamen perpetuum non eſſe,ne diſsimulem,exem pla profero.* Horatius: **Neſcio hoc tangere.**

–Naturam mutare pecunia neſcit. Idem:

–Neſcit uox miſſa reuerti.

Et *humilis pro ſubmiſſus,& humilitas pro ſubmiſsio=ne,atq; animi deiectione,uitanda ei, qui eleganter Latinè loqui uelit.Cicero :* Neque *ſubmiſſum nimis, neque ſe ni=miùm efferentem.*Idem:Quantò *ſuperiores ſumus,tantò nos ſubmiſsius geramus.* Vergilius: **Submiſſus.**

Submiſsi petimus terram.

Eraſmus:Odit Deus *in hominibus animi ferocitatē:dele=ctatur animis ſubmiſsis, ac deijcientibus ſeſe.*In *Aſsis* Bu=*daici margine eſt à neſcio quo aſcriptum, demiſſus ani=mus, quam humilitatem uocant.*Atqui *aut ego fallor,aut non idem eſt demiſſus animus, ac ſubmiſſus.* De *hoc iam dixi: ille autem ſignificat putidulum, iacentem, proſtra=tum :* quod *inde deductum aduerbium demiſsè teſtatur,id eſt,abiectè.*Cicero:Nam *cùm ſtatuiſſet uerbera,tormēta, cruciatus,patriæ euerſiones,exilia,orbitates,magnā uim habere ad malè, miſereq; uiuendum, non eſt auſus elatè, & amplè loqui,cùm humiliter,demiſſeq; ſentiret.*Humi=*lis uerò id ſignificat,quod baſſus uox omnino Latinis in=audita,contrarium eſt edito,ſeu alto:& ad perſonam re=latum uilis ſignificat.*Eraſmus:Humile *eſt oſtium,uide,ne capite impingas.*Idem: Vnde *& deſpicere dictum à* La=*tinis pro contemnere,quòd quiſquis in eminenti loco eſt,* **Humilis.**

*is uelut tutior, negligit eum, qui ſtat in humiliore loco. Idem: Si quos habeamus affines, aut cognatos humiles, & inutiles, eos tamen non uſquequaq; ſpernere debemus.*

Baßè loqui, uel baſſa uoce. *Nam quod baßè loqui, uel baſſa uoce dicunt, ſubmißè dicendum nemo mediocriter quidem doctus ignorat, opinor, qui uel tria uerba Latinè ſonare norit. Cicero: Qui breuiter, aut ſubmißè dicunt. Et ſubmißè aliqui loqui, in Quintiliano. Similis omnino elegantiæ eſt, altè, uel alta uoce loqui, pro clarè.* Horatius:

Alta uoce loqui.

*Iane pater, clarè clarè cùm dicit Apollo.*

*Eraſmus: Recita puer diſtinctè, & clarè. Plautus: Clara dixit, & recta, clara uorſum fabulabor, hic auſcultet, quæ loquar. Illud præter hæc adijcimus, humilis, gracilis, agilis, facilis, & ſimilis, habent in ſuperlatiuo ſimplex l, ut humilimus, &c. At poëtæ uerſus cauſa geminant l, ut apud Iuuenalem:*

Humilimus.

*Rara auis in terris, nigroq; ſimillima Cygno.*

Manere ſtans. *Manere ſtans, parum ornatè dicitur pro reſiſtere. Eraſmus: Heus heus quò properas? reſiſte pauliſper. Idē: Ne arctam uiam ingreſſus uacilles, uel reſiſtas, uel deflectas. Terentius: Heus heus dico tibi Chærea, inquit, reſtiti. Properanti item dicimus, ſiſte gradum, & in terram lapſo, recipe te in gradum.*

Hoc non tenet. *Hoc non tenet, Romanis auribus prorſus indigna oratio pro uacat, uel redundat, id eſt ſuperfluum eſt, ac uelutí inutile: ut, Hic uerſus uacat, &c. Diploma uerò, aut epiſtolium iam deſitum, non ratum eſſe dicitur. Illud obiter annotare uiſum eſt, non deeſſe, qui negent ſuperfluitatem eße uocem Latinam. Ego ſanè non uideo, quì minus à*

Diploma, aut epiſtoliū ratum.

ſuper

*ſuperfluo, liceat dicere ſuperfluitatem, quàm ab exiguo exiguitatem, ab aſsiduo aſsiduitatem.*

*In ſinu impropriè potius, quàm Latinè quidam dicũt pro gremio. Nam ſinus propriè dicitur pars illa, quæ eſt intra pectoris, brachiorumq́; complexum. Inuenias etiam in ſinu poſitum pro in pectore, ut in ſinu gaudere, & in ſinu eſſe, pro in occulto, & in poteſtate habere. Cicero ad Q. fratrem, Mihi crede, in ſinu eſt, neq; ego diſcingor. Gremij uerò dictionis alius uſus eſt. Teren. Qui ſe in ſuo gremio poſiturum puerum dicebat. Eraſmus in conuiuio fabuloſo: Vis, ait, quinque libras? annuenti, tantum ficorum effudit in gremium.* Sinus. Gremium.

*Anguſtia nunquàm, quod ſciam, niſi apud neotericos: anxietas, & angor ſæpe lecta ſunt mihi, pro animi moleſtia, & afflictione. Cicero: Separatim ſuis angoribus, & moleſtijs implicatos. Ouidius:* Anguſtia.

*Anxietas animi, continuusq́; labor.*

*Alioqui uſitatiſsimè dicimus loci, temporis, aut ſpatij anguſtiam, atq; ad hunc modum metaphoricôs animi anguſtiam, quam D. Paulus obijcit Corinthijs, & cui obnoxij ſunt Crœſiani iſti, Craſsiani uerius, quàm Chriſtiani, qui omneis cogitationes ſuas, omneis animi ſenſus, omneis uitæ actiones, omnia publica, priuataq́; officia, & uiuendi deniq;, moriẽdiq́; rationem non niſi ad res fluxas, nihiliq; referunt, nec ij ſoli. Verùm hæc parerga ſunt.*

*Per quinq; dies, per ſex hebdomadas, menſes, aut annos, quod dicunt barbaſculi: Latini, quinque ab hinc dies, uel quinque diebus, dicere amant. Plautus in prologo Caſ. Ab hinc annos factum eſt ſedecim. Terentius, Ab* Per quinque dies.

hinc

*hinc triennium ex Andro commigrauit huic uiciniæ. Cicero, Horum pater ab hinc duos, & uiginti annos mortuus eſt. Idem, Ab hinc annis amplius uiginti quinque. Eraſmus: Septimo ab hinc die iſtic me uidebis. Septimo ab hinc die mecum cœnabat. Haud negarim tamen illa eſſe bene Latina, ſed in diuerſo ſenſu, nempe cùm ſpatium temporis ſignificatur. Cicero: Tenuiſti prouinciam per decem annos. Suetonius: Cibo per quatriduum abſtinui. Quæ per accuſatiuum ſæpe citra præpoſitionem, rarò per ablatiuum efferuntur. Præterea, de die, qui ſequitur*

*Poſt cras.* *craſtinum, hoc eſt, pro perendino die, aut perendie, Poſt*

*Poſt tres dies.* *cras eijdem dicere ſolent. Quod etiam poſtridie alij, hoc eſt, poſt tres dies accipiunt. Sed de perẽdie nemo dubitat. De perendino die exemplũ profero. Cæſar in Comment. Qui, ſi per te liceat, perendino die cũ proximis hybernis coniuncti cõmunem cum reliquis belli caſum ſuſtineant.*

*Per uices.* *Per uices, haud ſcio equidem num apud emendatè loquentes reperiatur, pro uiciſſim, aut inuicem. Vergilius:*

*Vis ergo inter nos, quid poſſit uterq; uiciſſim*
*Experiamur?* *Eraſmus: Viciſſim carpimus, & carpimur, ridemus, & ridemur.* *Vergilius:*

*Inq; uicem ſpeculantur aquas, & nubila cœli,*
*Aut onera accipiunt uenientum, &c.* *Perſius:*
*Cædimus, inq; uicem præbemus crura ſagittis.*

*Vergilius etiam alternis dixit:*

*Alternis dicetis: amant alterna Camœnæ.*

*Eiuſdem farinæ, ſed intolerabilius eſt, Per ter, pro ter, aut tertiò: quis enim unquam dixit, per ſemel, aut per bis? quod ego minutius eſſe ducerem, ut admoneretur, niſi extaret*

*taret*

*taret & in uulgata noui inſtrumenti editione, A*ctorũ 10.
*Atq; ex hoc ſolœciſmo natus uidetur apologus, q uulgò* Apologus.
*fertur, non infeſtiuus:* Paſtor *quidam ruſticanæ plebis, aquam tingendis per anni curriculum infantibus ex more conſecraturus, qui antea nunquàm idem expertus erat, cum in eo, unde ſolennia uerba pronuntiaturus erat, libro ſcriptum eſſet,* Salta *per ter, quibus uerbis admonebatur treis retrò paginas eſſe uertendas: id ille non intelligẽs, æditüo iubet haſtile adferat, ad quod ſacrum uexillum ſuſpenditur: cui innixus, abſidem ſacram ter tranſilijt.*

Hæc *me (ut barbaries barbariſmum uelut anſam anſa trahit) admonent, ut, quæ* Nicolaus Perottus *à* Deſid. Eraſmo *laudatus, ſuper his ablatiuis* Vice, & Vicibus *prodidit, referam. Cauendum, inquit, eſt, ne dicatur, hac uice tantùm faciam: ſed nunc tantùm.* Nec *una uice tantùm, ſed ſemel tantùm.* Nec *duabus, tribus, aut quatuor uicibus, ſed bis, ter, quater.* Nec *quot uicibus, ſed quoties.* Nec *multis uicibus, ſed plerunque, aut ſæpenumero, non multoties.* Nec *ueniam ad te alia uice, ſed aliâs.* Nec *prima, ſecunda, tertia uice, ſed primò, ſecundò, tertiò.* Nec *ultima uice, ſed demum, tandem, poſtremò, ultimò.* Hactenus *ille.* At *in his paßim uulgò peccatur creberrimè.* Terentius, Nec *illic ridebam primò.* Eraſmus, Cùm *primùm eſſet baptizaturus infantem.* Idem, Venia *primùm experienti.* Idem Actorum 10. Hoc *autem factum eſt tertiò.* At *idem* Ioannis *ultimo:* Hac *iam tertia uice, inquit, manifeſtatus eſt* IESVS *diſcipulis ſuis.* Sed *non quia ſemel lectum eſt, ideo* Latinum. Atq; *ut hoc utcunq; reperitur, ita nuſquam eſt inuenire pro prima uice,*

& hu

& huiuſmodi. Quibus tamen adeò non offendunt iſti, quorum delicatæ aures ne breuem quidem particulam Etiam pro Ita ferunt, ut nihil crepent frequentius. Illud

**Eſt primùm meum.** leuiculum, quod ijdem. Eſt primùm meum. uel ſordidius, ne dicam putidius, Eſt prima uice, quod dicere ſolent, Latinè efferri poſſe, Nunc primùm experior: uel Antehac nunquàm idem expertus ſum.

**Vbi manſiſti ultimatè.** Eraſmus, Recita puer ab eo loco, ubi proximè deſtitiſti. Autor Rhetor. ad Herennium: Breuis erit, ſi, unde neceſſe eſt, inde initium ſumetur. Ac paulò pòſt, Et ſi nō ab eo, in quo proximè deſitum erit, deinceps incipietur. Pro his nouum ſermonis decus commenti ſunt indocti, dicentes, ubi manſiſti ultimatè.

**Complexio.** Idem complexionem pro qualitate, & temperamento naturæ corporis accipiunt. Atqui complexio Ciceroni eſt, quam noſtræ tempeſtatis dialectici concluſionem appellant, nempe enuntiationē, quæ ex propoſitione, quam maiorem, & aſſumptione, quam minorem uocitant, neceſſariò ſumitur. Quam autem complexionem illi, Cicero modò naturam, modò conſtitutionem, aut affectionem corporis uocat. Medico, inquit, diligenti, priuſquàm conetur ægro adhibere medicinam, non ſolùm morbus eius, cui mederi uolet, ſed etiam conſuetudo ualentis, & natura corporis cognoſcenda eſt. Idem, Metrodòrus quippe eum perfectè putat beatum, cui corpus bene conſtitutum ſit, & exploratum, ita ſemper fore. Idem, Tu uerò Metrodòre, qui omne bonum in uiſceribus, medulliſq; condideris, & definieris ſummum bonum firma corporis affectione, explorata ſpe contineri, &c.

*Qui dicat, pro illo, Ne feceris, Non feceris, in uitium incidit, Quintilianus ait: Quia alterum negandi eſt, alterum uetandi. Accedit eôdem D. Eraſmus: Ne prohibentis uel imperatiuis, uel ſubiunctiuis additur, Ne nega, Ne dixeris. Nō, autore Linacro, omnibus modis præter imperatiuo iungi poteſt: ut, Non omnibus ſeruio, utinam non faciam, non feciſſem, quum non facerem, non ſeruire optimum. Cùm tales, tantosq; habeamus autores, plerique tamen peccare non deſinunt, pro Ne, Non perpetuò dicentes: Non dicas, Non feceris, & huiuſmodi: aut quod grãmaticum quidem magis, cæterùm nihilo elegantius eſt, Noli dicere, Noli facere. Illud autem, quod eſt in Terentij Hecyra: Num uiſam uxorem Pamphili, cùm in proximo hic ſit ægra? PAR. Non uiſas, poteſt quibuſdam mouere ſcrupulum, quaſi uetet, cùm re uera neget, ſi propius cõtempleris. Aequè peccatur uulgò in An, Aut, & Vel, dum malè interrogant, hic aut ille ſit, & præſente patre, uel abſente patre. Hæc enim diſiiungunt: illud quærit: aut dubitat: ut, Aut ipſe fuiſti, aut tui ſimilimus. Quot ibũt mecum? duo, an tres? Neſcio, an eloquar, an ſileam. Sed hæc copioſè à Valla diſſerta ſunt.* Noli dicere.

*Succurrere, opitulari, auxiliari, opem, & ſuppetias ferre, auxilium ferre, dareq;, nota ſunt. Vergilius: Succurritis urbi Incenſæ. At pro his, Adiuuare paſſim, & à mediocriter eruditis, non rectè uſurpari audias. Adiuuat enim, qui eſt particeps operis: ut, qui adiuuat cuipiam onus, aut ſarcinam, quod indocti Adiuuo portare, dicere ſolent. Terentius: Tu pueris curre Parmeno obuiam, atque his onera adiuta. Gellius libr. 2. cap. 29. Fac amicos* Adiuuare.

*adeas,*

*adeas, & roges ueniant, operamq́; mutuam dent, & meſſem hanc nobis adiuuēt.* Eraſmus, *Igitur frater adeſto uiro, ut habet prouerbiū, quare tu, ſi quid hic prætermiſit, adiuua.* Item *alijs compluribus locis comperire licet hoc uerbi ſic poſitum.* Nobis *unum, atq; alterū adduxiſſe ſatis eſt: nec temere aliter inuenias, niſi unum* Bruti *ad* Ciceronem, *tale eſt,* Adiuua *nos tua ſententia: quod quidem mihi minimè uidetur, cùm poßit commodè in hūc, quem diximus, accipi ſenſum.* Nam *& ad* Senatum Brutus *dederat literas. Sed hoc in medium relinquo.*

**Ponere caſum.** Fac *eſſe,* Fac *me multis debere,* Vt *demus, in ſignificatu nihil diſcriminis eſſe: quæq; huius generis aureolo planè de* Verborū *copia libello uidere eſt ca.54. idem elegāter efficiunt, quod dialecticorum uulgus minimè, ut ſolēt, eleganter,* Ponere *caſum dicit.*

**Apud me didici.** *Frequenti imperitorum uſu tria ſunt, apud me, apud te, apud ſe, pro per me, &c. hoc eſt, meopte, tuopte, ſuopte ingenio, citraq́; auxilium.* Martial. *Hoc per me didici dicere,* Cæſar *aue.* Horatius: *Quàmuis Scæua ſatis per te tibi cōſulis.* Fabius: *Præcepta citra exercitationem per ſe nihil proſunt. Hoc etiam ſeparandi ſermonem habet.* Columel. *Conterito in mortario per ſe utrunq;, id eſt, ſeparatim.* Ab *hoc diuerſus eſt loquēdi modus,* De *me ſcio,* De *me coniecturam facio, id eſt, meo ipſe experimento comperio: ſed* Latinis *diuerſus, non barbaris, qui quidem eodem utrunq; flore uenuſtant.*

**Mingere.** Mingere *pro meiere, à nonnullis reijcitur: mihi tolerabile uidetur. cæterùm hoc, quàm illud, non paulò eſt frequentius, niſi quòd præteritum minxit, & ſupinum,*

*mictum*

*mictum, quibus caret, ab illo mutuatur. Perſius: Extrà meiÿte.* Eraſmus, *Immingere, niſi mauis immeiere.* Martia*lis, niſi mẽdoſus eſt codex, Incipit in medios mingere uerpa pedes.* Eraſmus, *adagio In matella immeiere: Si (quod aiunt) in matellam immingant.*

*Mouere magiſtratu, ſenatu, ædilitate, tribu, ordine, eruditis in uſu ſunt, pro deponere de officio.* Cicero: *Quũ de officio. Africanus Cenſor tribu mouebat eum Centurionem, qui in Pauli pugna non adfuerat, cùm ille ſe cuſtodiæ cauſa diceret in caſtris remanſiſſe, quæreretq́; cur ab eo notaretur: Non amo, inquit, nimium diligentes.* Val. Max. *Geta cum à L. Metello, & Cn. Commitio Cenſ. ſenatu motus eſſet, poſteà Cenſor factus eſt.* Plures *huius generis formulæ extant primo de Copia Eraſmi cap.* CXXVI. *At Suetonius auſus eſt dicere, Ne imperio turpiter depoſitus, priuatus uiueret.* Deponere de officio.

*Quòd modicum uulgò pro puſillo accipiũt, ſuo more faciunt, cùm Latinis modicum dicatur moderatũ, & modicè, moderatè, à modo, cõtrariaq́; modicè & immodicè.* Plautus, *Cui animus modicus, continens, expers ambitionis.* Colum. *Immodica poßidendi libidine.* Cicero: *Modicè hoc faciam, uel etiam intra modum.* Colum. *Magisq́; conducere agricolæ frequenter id potius, quàm modicè facere. Niſi fortè quis putabit Horatianũ illud uulgi more dictũ, Nec modica cœnare times holus omne patella. Quod mihi quidẽ non probatur, cùm non ſordidè accipere uelle ſe Torquatum Horatius ſignificet, ſed citra luxum.* Modicum.

*Illiberalis ille planè ſermo eſt à Frãciſco Syluio Ambro, ante me notatus, quo de poſſeßione interrogantes,*

Pro quo eſt? De qua patria? Pro quo eſt, dicunt: aut de patria, natione, ſimilibuſq́;, de qua patria, aut natione eſt: pro, cuius eſt, in genitiuo: uel (quod antiquius) Cuius, cuia, cuiũ eſt, & cuias eſt. Illa, de poſſeßione: hoc, de patria, natione, factione, & huiuſmodi quærit: cui reſpondet, noſtras & ueſtras. Vergilius, Cuium pecus? an Melibœi? Terentius: Cedò cuium puerum huc appoſuiſti? Idem, Quid? uirgo cuia eſt? Chær. Neſcio hercule. Parme. Vnde eſt? Chær. Tantundem. De genitiuo cuius, & nominatiuo cuias, cuiuis poſſunt exempla ſuppetere.

Attinet. Pertinet. Spectat. Verùm hæc minoris ſunt momẽti, illud fortaſſe maioris paulò, quod tamẽ admonendum non duxiſſem, niſi paſſim in eo multi ambigerent, & errarent. Id autem eſt, attinere, pertinere, & ſpectare, uulgi uſu penè detrita uerba, non poſſeßionem ſignificare, ſed præter alia officium eſſe, curæ eſſe, decêre, conuenire. Plautus: Quid iſtud ad uos attinet? Idem, Quod ad me attinuit, ego curaui: quod mandaſti mihi, impetratum eſt. Terentius, Scin'tu turbam hanc propter te eſſe factam, & adeò ad te attinere hanc omnem rem? Cicero, Nihil attinet me plura ſcribere, quòd mihi neceſſe ſit eius ſalutem, & fortunas quibuſcunq; rebus poßim, tueri. Quintilianus, Pertinet ad cauſam puto, quicquid ad dicentẽ pertinet. Idem nouè dixit, Pertinet in utranq; partem. Eraſmus, Iſta res nihil ad me pertinet. Caue itaq; dicas puer, Iſte liber attinet, pertinet, ſpectat ad Ioannem: multò minus in datiuo, Ioanni. Nec, eſt pro Ioanne, ſed ut diximus, eſt Ioannis. Valla, Ad me ſpectat, id eſt, ad me pertinet. Ad mortem ſpectat, id eſt, ad mortem tendit.

Eſt pro Ioanne.

Quod

*Quod autem uulgò perquàm familiariter, Nibil ad me, nihil ad te, quid ad me? quid ad illum? dicunt, ſubaudito uerbo* Pertinet, *uel* Attinet, *ne quis damnandum putet, ex* Catullo *exemplum hoc adductum uoluimus*, *Iſtud quod modo dixerā me habere, Fugit me ratio, meus ſodalis Cinna eſt Caius, is ſibi parauit. Verùm utrum illius, an mei, quid ad me? Vtor tam bene, quàm mihi pararim. Cæterùm elegantius, multóq; uſitatius iniquā comparationē his uerbis ſignificamus.* Terentius, *Eſt' ne, ut fertur, forma?* P. *Sanè.* C. At nihil ad noſtram hanc. Cicero, *Equites non optimos miſiſſe, nihil ad tuum equitatum.* Idem, *Quem cognouimus uirum bonum & non illiteratū, ſed nihil ad Perſium.* Eraſmus, *Ego nihil ſum ad illos.*

*Haud illiberalis minus ille loquendi uſus indoctorum eſt, imò fœdus abuſus uerius, quo ſemel* Vnus *aut aliquis cum* Alio, *uel* Aliquis *&* Vnus, *aut bis* Vnus *cum dictione* Alius *geminata coniungunt: ut,* Aliqui diuitias, alij amant honores. *Vnus habet ſenſum in uno ſtudio, alius in alio.* Nimio dicas elegantius uſitatiusq́;, *Alij diuitias, alij honores amant. Alij alijs ſtudijs delectantur. Alius alio dicendi genere gaudet. Alijs alia magis probatur.* Hîc lector obiter animaduerte, quibus uerbis uulgare illud unum, omnium facilè ſordidiſſimum, Habere ſenſum in re quapiam, efferri conueniat: quod qui dicunt, ſum quæſo te, an illum ipſi habere ſenſum putandi ſunt? Huiuſmodi ſi perſequi ſit animus, nullus futurus eſſet libello noſtro neq; modus, neq; finis: ſed præſtat id, quod erat inſtitutum, perſequi. Non alienum eſt ab eo quod diximus, Ciceronianum illud, Aliud alijs uidetur optimum.

Aliqui, alij.

Habere ſenſum in re quapiam.

*mum.* Eraſmus, *Studium igitur omnium commune debet eſſe, ut alijs alij uiciſsim benefaciamus, ſi quid poſſumus: & ab alijs alij ſubleuari ne grauemur, ſi quid egemus.* Verùm *cum uariæ ſint dotes* Dei, *aliæ in alios, uelut in eiuſdem corporis membra diuerſa, diſtributæ, in eam par tem erit cuiq; potiſsimùm incumbendum, qua ſenſerit ſe potiſsimùm uſui eſſe poſſe.* Item *unus & alter.* Eraſmus, Oſcitante *uno, deinde oſcitat & alter.* De *duobus uerò, non alius & alius, ſed* Alter & Alter *dici, humanioribus paulò ignotum non eſt. ſed exemplum unicum duntaxat adſcribemus.* Plautus, *Poſtquàm conſpexit angues ille alter puer, citus è cunis exilit, alterum altera apprehendit eos manu perniciter.* Tale *etiam eſt,* Indocti *non curantes comparatiui & ſuperlatiui differentiam, altero pro altero utuntur.*

Apotheca, *pro pharmacopolio. & quanquàm eius uocis uſus latius extenditur, quod liquet ex libro, quẽ idem ex* Thucydide *traduxit, ſeptimo, ubi hæc leguntur:* Athenienſes *caſtellum apud* Labdalum *excitãt in ſumma crepidine epipolarum, ut eſſet illud apotheca uaſorum atq; pecuniarum.*

Apothecarius, *pro pharmacopola non rectè dicitur.* Nam *apotheca, ut annotauit* Valla, *propriè eſt uini.*

Amodo, *pro poſthac apud* Latinos *nõ legitur, quemadmodum nec.*

Areſtare *pro uadari, inijcere manus, & diem dicere, ut adnotauit* Budæus.

An, *quærit & dubitat, ut antè diximus:* Aut & Vel *diſiungunt: ut,* Quot *ibunt mecum? duo an tres?* Præſente *an ab*

an abſente patre? Donat.in illo Adelph. Iube nunc dinumeret Babylo illi uiginti minas. Cui,inquit,illi? Cteſiphoni, an lenoni, an Aeſchino, an Syro? Idem, An Aeſchinum nimis prodigum uocet? Vbi An ſubiunctiuo iungitur. Apud Gell. uerò indicatiuo adhibetur, quum ait: Cur aquæ ex niue glacie'ue liquatæ ſunt uitioſæ? An quia quum aqua quæuis gelu concreſcit, eius pars tenuiſsima difflatur? In cuſtodiam traditus: ſed in publicam, an priuatam, non ſatis ex literis intelligere potuimus. Vbi mini mè liceret dicere Aut, Vel: quibus ſæpe uulgus utitur.

Arguere pro argumentari, imperitorũ uox eſt, qui dicunt, Ad emendam condemnare, pro in ærarium referre.

Arcus pedalis, pro balliſta chalybea, eorum elegántia eſt, qui Anormalum uerbum, pro anomalo corrumpunt.

Aqua ſacra Latinè dicitur, benedicta non item. Eraſmus, Cùm aqua ſacra quotidie aſpergimur.

Affectus, pro Diſpoſitus. Cicero, Eos enim ſanos intelligi neceſſe eſt, quorum mens motu, quaſi morbo, perturbata nullo ſit: qui contrà affecti ſunt, hos inſanos appellari neceſſe eſt.

Item male affectus, & affectus, pro male diſpoſitus. Cæſar in Comment. In corpore affecto. Liuius: Exercitũ affectum prælio, uia nocturna excepere. Cicero, Quem quidem Neapoli grauiter affectum uideram. Idem ſignificat Diſpliceo mihi, ut Cic. Cumq; de uia languerem, & mihimet diſplicerem. Cuius contrarium, pro bene diſpoſito, ſimiliter extulit Eraſmus, Iam, inquit, firmus eram ac robuſtus, iam mihi pulchrè placebam. Male diſpoſitus.

Ad plenum, eleganter dicitur pro plenariè, quo utuntur

*tur Romanæ linguæ imperiti.* Eraſmus 1. de Copia. *Si quod admonuit Fabius, ad plenum tradere uoluiſſet.*

Præuenio. *Anteuerto, uel or, pro præuenio.* Cicero, *Mihi uerò erit gratum, atque id ipſum cùm tecum agere conarer, Fannius anteuertit.*

*Accerſe, uel adduc* Petrum *ad me, Latinè dicitur, pro eo quod pueri dicunt, Affer* Petrum. Plaut. Attuli hunc. *Alius, Quid attuliſti? Reſpondetur,* Adduxi uolui dicere. Hadria. Barlandus, *Iam triduum totum graui morbo laborauit puer ille, qui nuper adductus eſt ex* Gandauo.

Facere reuerentiam. *Aperire caput, honore afficere, habere honorem, pro Facere reuerentiam.*

Quictantia *Apocha Græca dictio, pro quictantia, Iuriſconſultis ueteribus uſurpata, Latinè acceptilatio dicitur.*

*Allegare, pro citare uel adducere aliquem autorem in rem ſuam. Allegare eſt quaſi in legationem quem rogatum pro paruis priuatiſq; cauſis mittere.* Plautus, *Si allegaſſem aliquem ad hoc negotium :* in Epidico. *Idem in* Amphi. *aliquem hominem allegent, qui mihi aduenieti os ocillet probè.* Plinius, *Tum multa allegauit, quæ ad rem propoſitam pertinere minimè uidebantur. ubi allegare pro adducere ponitur.*

Sunt pluſquàm ſex mẽſes. *Cicero pro* Roſcio, *Amplius ſex menſes ſunt: pro quo barbari dicũt, Sunt pluſquàm ſex menſes. Amplius horas quatuor mutus iacuit: p quo dicũt, plusq̃ quatuor horas.*

*Baſſa uox, barbari dicunt pro preſſa uel graui.*

*Item baſſus lectus, baſſa arbor, pro humili.*

*Bonum Latinũ, pro bene Latinũ, aut bona Latinitas.*

*Benedico & maledico te, pro tibi.*

Bene

Benedicēdi uerbum apud Latinos inuſitatum eſt, in ſacris literis frequentiſsimū. Eſt autē & laudantis & bene precantis, & gratias agentis. Nec refert datiuum caſum addas, an accuſatiuū. Siquidē Græci ut dicunt, benefacio tibi, & benefacio te: ita dicunt, benedico tibi, & benedico te. Id Chriſtiani in dicēdo minus curioſi, ſunt imitati.

Biblia bibliæ, uulgatius, quàm Latinius dicitur, pro biblia bibliorum.

Cogitata mentis ꝓferre, Quod ſentimus efferre, pro exprimere mentis conceptum. Hoc Eraſmi, illud Rodolphi eſt. Cicero, Hoc autem uno præſtamus uel maxime feris, quòd colloquimur inter nos, & exprimere dicendo ſenſa poſſumus.

Corruptus, ꝓ deſtructo, dictione in ea ſignificatione barbara. Vergil. Cererem corruptam undis. Et corrumpo pro deſtruo. Plaut. Ne corrumpe oculos. ad flentem Alcumenam. Quin & hominem corruptum pro deſtructo: &, Corrumpunt bonos mores colloquia praua. Deſtructus

Curare negotium, aliud quàm facere negotium, uel ire pro negotio. Nam facere negotiū, eſt exhibere moleſtiā. Item tranſigere negocium. Hadria. Barland. Veni ad curanda negotia cuiuſdam amici. Item, Si rectè curare ſua negotia uelit. Item, Simulatq; redierit à negotio, quod tranſigendum ſuſceperat. Facere negotium.

Cœnitare, pro facere collationem: cœnula, collatio. Facere collationem.

Curare literas mittendas ad amicū rectè dicitur: diſponere literas, non itē. Gellius, Ex duobus malis, quos apud eum uidiſſet, uter maior eſſet, cum mittendum curaret. Diſponere literas.

Curare, pro tractare. Terent. Aedepol Syriſce te cu- Tractare.

raſti moliter. Plautus: Hoſpes cura, ut curetur. Sed apud Ciceronem tractare in hoc ſignificatu legiſſe uideor.

Prædicator dixit de ambone. Concionator è ſuggeſtu pronuntiauit, pro Prædicator dixit de ambone.

Caputium. Cappa. Caputium & cappa uoces improbatæ, pro cucullo & capitio per i, quod eſt capitis tegimen, ut Capitium morionis. Porrò autem quod artium profeſſores geſtant, epomidem Eraſ. uocat, quidam cucullam philoſophicam.

Confuto, refuto, mediam longam habent.

Capitoſus. Capitoſus, pro cerebroſo aut moroſo. capitoſus enim eſt qui magnum habet caput, nonnunquam etiam duri capitis, quem & ceruicoſum appellamus.

Confeſſor. Confeſſor, quem uocãt, Confeſſarius Eraſmo dicitur, ut adnotauit Deſpauterius in epiſtola ad Gauerũ. Pœnitentiario utitur pro eodem, nempe auditore cõfitentium.

Compilare, undique diripere, ac in unum condere, & pro componere accipiunt.

Contrarior rectè dicitur, pro contrarius ſum, & aduerſor.

Cruento idem quod cruore inficio, cuius paßiuum eſt cruentor, quod quidam accipiunt, pro ſanguinem è naribus mitto.

Conſodalis, ineruditis eſt ſodalis, qui Coæquales pro æquales, & Commenſales pro conuictores dicunt.

Capitaneus. Copiarum dux dicẽdum, pro capitaneo, quæ Gotthica uox eſt. Idem imperatorem & ducem militarem ſignificare arbitror.

Color rhetoricus. Colores rhetorici rectè, pro ſchematis & figuris rhetoricis. Et nobis colores noſtros conſumptos eſſe dicimus.

*mus,quum non ſit facilè inuenire,quo noſmetipſos excuſemus.*Ita *dicimus,*Conſumpſi *colores omnes excuſandæ improbitatis meæ.*

*Ceruiſiam coquere,& ceruiſiæ coctor,pro braſſare,* Braſſator. *& braſſatore.*

*Cambio barbarum eſt,pro cõmuto,muto,& permuto:neq; cambio in ullo ſignificatu eſſe Latinũ arbitror.* Cambio.

Decidere & deducere Latinis idẽ ſignificat quod negotiatorum quorundam uerbum defalcare. Eraſmus:Lucrum exilius eſt,quàm ut inde poßit aliquid decîdi. Cicer. Seruilia comparauit hunc agrum, deducta tertia. quod apophthegma cum anceps ſit, in altero ſenſu deducta pro defalcata,dictũ arbitror. Dicimus & cum hoſte decîdere,hoc eſt,data bonorum parte cum eo paciſci. Defalcare.

Dedita opera, data opera, uel uolens Latini dicunt: Totum autem à propoſito,Barbari. Totũ à propoſito.

Do tibi damnum,aut incommodo tibi,Latinius dicas, quàm facio tibi damnum. Facere enim damnum, pro eo quod dicimus,pati damnum. Facere damnum.

Delere pro annihilare. Cicero, Neque enim aſſentior his, qui hæc nuper diſſerere cœperunt, cum corporibus ſimul animas interire,atque omnia morte deleri. Annihilare.

Dare operam Latini dicunt,non adiuuare: cuius antè mentionem fecimus, cùm dicimus, Ego mox iuuabo te, uel ut alij, expediam te. Plautus, Quàm mox mihi operam das? Rogat numeraturus ſeruo ſtomachanti cum altero argentum. Expediam.

Dimitto fabulam,ineruditè, pro miſſam facio, uel omitto.

De Roma. De Roma, De Gauda, imperitis placet, p Romanus, pro Gaudauus, & de Atrebato, pro Atrebas. ut, Comius Atrebas, apud Cæſarem. Sic Thomas Aquinas, non de Aquino, Paludanus, non de Palude. Sic Phocion Athenienſis, non de Athenis. Quis enim unquam dixit, Annibal de Carthagine, aut Publium de Cornelijs?

Dios Latinè ac Græcè generoſus, diuus, bonusq; dicitur.

